This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

3 3433 07439299 8

THEOPHILI CH
HARL

SVPPLEM

AD

INTRODVCTIONEM

IN

HISTORIAM LINGVAE GRAECAE

TOMVS SECVNDVS.

IENAE
IN BIBLIOPOLIO ACADEMICO
1806.

B E Y M I O

VIRO PERILLVSTRI

INTIMO REGIS BORVSSORVM POTENTISSIMI CONSILIARIO INTERIORIS ADMISSIONIS OPTIMO INTEGERRIMO

DE SALVTE PATRIAE ET DE FLORE LITTERARVM EGREGIE MERITO

HOC OPVSCVLVM

TAMQVAM PIGNVS GRATI PII AC RELIGIOSI ANIMI

D. D. D.

GOTTLIEB CHRISTOPHORVS HARLES.

PRAEFATIO.

)uod in colligendis his ſupplementis conlium inierim, quamque illorum rationem ſeutus ſim, quoniam in praefatione ad prioem tomum ſatis videor expoſuiſſe: plura ic vt eadem de re dicam, haud neceſſarium le arbitror. De *Analectis* tantum pauca moebo. Ea jam in illa praefatione ita promiſeram, : iuſtam neceſſitatis, facile, credo, excuſanıe, cauſam afferrem. At praeter exſpectatioem creuit copia rerum, quae, ne in crimen rditatis aut negligentiae apud viros doctos, uſſae verae ignaros, incurrerem, iure quoım poſtliminii erant reſtituendae. Nam inrea temporis ſatis diuturni, dum plagulae riptae et prioris et vero poſterioris tomi in anibus redemtoris operis, viri honeſti, haebant, haud paucae plurium ſcriptorum ediones nouae, aut virorum doctorum libri aioris minorisque molis, in quibus libri

aut

li adhuc fulgi a diuersis doctis hominibus, quorum is nomina memoriae prodidit, possi debantur, et in illis catalogis indicari Mſti codices supra quingentos, optimae frugis plerosque, immo nonnullos quoque rarissimos, significauit. In Kollarii tamen notitia nr. 4 legendum esse *Catalogus a Grammatico*, (non vti dederat Kollarius, *Granlatico*,) *exhibitus codd.* 174, idem Alterus per litteras me docuit.

Denique iterum grato animo praedicanda est amicitia et liberalitas ill. *Eichstadii*, Professoris academiae Ienensis celeberrimi, qui pro ea, qua floret, humanitate non minus quam litterarum copia, non solum passim recognouit plagulas, sed etiam hinc inde additamentis locupletauit atque ornauit.

Ita vale, L. B., et ignoscas velim peccatis siue ab operis, siue a me commissis, mihique inposterum fave. Scripsi Erlangae ipsis Idibus Decembr. MDCCCV.

Gottl. Christoph. Harles,
Consiliarius aulicus et P. P. O. etc.

SVPPLEMENTA
AD
INTRODVCT. IN HISTORIAM
L. GR. TOM. II. PART. I.

AD §. 88. *PORPHYRIVS*

Ad pag. 289. *not.*

Omisi illam in noua editione. v. vol. V. pag. 757.

Ad pag. 291. *lin.* 5 *et* 6.

Romanam illam edit., *Goens.* in praefatione ad suam editionem p. XV. scribit, prodiisse in forma tertia seu octaua; contra *Maittaire* in A. T. II. p. 302. eam, tradit, lucem adspexisse a. 1517. in forma 4. At enim, docente cl. *Ge. Henr. Noehden* in docta comment. de Porphyrii scholiis in Homerum: acced. quaedam inedita et appendix de codd. mstis Townleyano et Etonensi, Gottingae, 1797. 8. pag. 3. sq. not. 3. forma est inter quartam et octauam; textus ipse octauâ, cum margine autem libel-

lus eſt quartae ſimilior. Idem cum *Valcken.* in diſſ. de codice Leidenſi, et de ſcholiis in Homerum ineditis, (adiecta ad calcem libri Iliados XXII. ab ipſo editi poſt nouam edition. Virgilii collatione ſcriptorum graec. illuſtrati opera et induſtria Fuluii Vrſini, Leoward. 1747. 8.) pag. 144. cenſet demonſtratque p. 7. ſqq. Porphyrii quaeſtiones ex maiore aliquo opere eſſe excerptas, idque ipſum opus, ζητήματα, ſiue συμμικτὰ ζητήματα, fuiſſe ex pluribus Grammaticorum libris congeſtum.

Ad pag. 292. *lin.* 3.

Atque illa *moralis interpretatio errorum Vlyſſis* parentem habet *Nicephorum Gregoram*, natum a. 1295. mort. a. 1359. v. *Valcken.* diſſ. de ſcholiis in Homerum ineditis p. 143. et ad *Fabric.* l. c. p. 734. ſect. 7.

Ad pag. 292. *lin.* 11.

Fragmenta plura eaque emendatius dedit cel. *Heeren* in ſua Stobaei eclog. phys. editione tom. II. Gotting. 1794. 8. a pag. 1004. et p. 1018. ſqq. et alibi. add cl. *M. Frid. Guil. Sturz* prolus. I. et II. de veſtigiis doctrinae de animi immortalitate in Homeri carminibus, Gerae 1795. et 1796. 4., qui iudicat, a Fabricio l. c. p. 735. (vbi iam quaedam adſcripſi,) diſceſſione facta, illud fragm., quod Schottus et Holſtenius locis citat. atque Heeren in Stobaei eclog. phyſicis. pag. 140—158. dederunt, et Tollius loco mem. latine vertit, ab eo, quod

Sturz.

Sturz in ſuis proluſionibus euulgauit, prorſus eſſe diuerſum.

Ad pag. 292. *lin.* 23.

Ex diario litterar. (*Oberdeutſche allgem. Litteraturzeitung*,) a. 1804. nr. 23. p. 362. hic memoriam renouare lubet antiquae editionis, ſic inſcriptae: „Textus veteris artis ſiue Iſagogarum *Porphirii.* predicamentorum Ariſtotelis ſimul cum duobus libris perihermenias eiusdem. Item Exercitata circa hoc ſecundum doctrinam Modernorum collecta et bene emendata per venerabilem virum magiſtrum *Iohannem parreudt* ſacre theologie baccalaureum formatum in alma Vniuerſitate Ingolſtatenſi.“ In fine: „Exercitata veteris Artis que ſunt Iſagoge *Porphirii* predicamenta Ariſtotelis cum duobus libris Periarmenias eiusdem collecta — per — *Iohannem Parreut* ſacre theol. etc. Impreſſa per induſtrium virum Iacobum pentium de Leuco in Venetiarum vrbe. expenſis ac ſumptibus prouidi viri Leonardi Alanſee bibliopole Viennenſis. Finiunt feliciter Anno ſalutis M. d. VII. (1507.) die vltimo Auguſti. 4.

Ad pag. 293. *ſect.* 6. *lin.* 1.

Sec. m. edit. vol. V. cap. XXXIII. p. 725 — 755. — *Harmonia ſiue catena dialectica in Porphyrianas Conſtitutiones* (h. e. commentarius in Porphyrii Iſagogen,) *auctore Richardo Stanyhuoſt.* Londini 1570. 1579. fol. de quo aliisque libris ad Porphyrium pertinentibus,

vid. *Brüggemann* View etc. p. 390. ſq. et Supplement p. 75.

Cel. *Morelli* in Bibl. Mſt. gr. et lat. tom. I. paſſim recenſet Porphyrii ſcripta atque codd. et commentatores; p. 122. *Io. Philoponi* comment. in Iſagogen Porphyrii etc. p. 123 et 134. Porphyrii comment. in Categorias Ariſtotelis; p. 136. Plotini vitam, auctore Porphyrio; p. 149. Porphyrii Sententias; p. 194. Porphyrii Iſagogen et ſcholia in Ptolemaei Quadripartitum; ac pag. 257. Porph. libr. IV. de abſtinentia ab eſu animalium.

Ad §. 89. *ALCIPHRON.*

Ad pag. 294. *ſect.* 3.

De ed. Vltraiectina v. Add. ad Introd. II. 2. p. 352. — Noua bonaque editio eſt: *Alciphronis rhetoris epiſtolae* ex fide aliquot codicum recenſitae, cum Stephani Bergleri commentario integro, cui aliorum criticorum et ſuas notationes, verſionem emendatam indiculumque adiecit *Io. Auguſtin. Wagner*, Conrect. Gymnaſii Merſeb. tom. I. II. Lipſ. 1798. 8. Graecum textum ſingularum epiſtolarum excipit adnotatio critica, et hanc ſequitur commentarius. Bene autem vſus eſt variis duorum codd. Vindob. lectionibus et octo priorum libri III. epiſtolar. ex cod. Barberino, item ab Herelio atque cel. Eichſtadio Wolfioque communicatis, obſeruatt. atque coniecturis aliorumque criticorum ſuſpicionibus et emenda-

dationibus, illorumque ſubſidiorum ope nouam inſtituit textus recenſionem. (Laudatur in ephem. litter. Gothanis. 1798. plag. 69. pag. 545. ſqq., et quaedam adſperſae ſunt animaduerſiones criticae atque emendationes.) — In praefat. ad tom. II. de Alciphronis aetate, diuerſas variorum VV. DD. opiniones refert examinatque, atque cel. *Saxii* ſententiam vnice veram eſſe exiſtimat, tum de eius pretio, (vbi pariter diuerſa variorum criticorum iudicia percenſet; *Io.* tamen *Iortini*, de Alciphrone nimis abiecte cogitantis, audaciam in Tracts philological, critical and miſcellaneous, Londin. 1790. 8. tom. II. pag. 45. manifeſtatam caſtigat;) de genere epiſtolarum, quas Alciphron ſcripſit, earumque codd. editionibus ac verſionibus docte exponit. Et pag. 217. publicauit ornauitque adnotatt. duas Alciphronis epiſtolas ineditas et fragmenta. — A pag. 229. ſeparatim repoſita eſt latina epiſtolarum interpretatio. Index denique rerum et verborum claudit opus. In nota ad Bergleri praefat. pag. XXVII. ſqq. Wagner multos laudat VV. DD. de Alciphrone etc. iudicium ferentes.

Nonnullas Alciphronis epp. germanice vertit cl. *Iacobs* in *Wielandii* Muſeo attico, tom. II et III.

Ad pag. 294. *ſect.* 4.

Addi poteſt: Alciphronis epp. eſſe etiam refertas orationis floſculis, formulisque dicendi atticis; nec tamen raro etiam nugaces.

Ad

Ad pag. 294. *ſect.* 5. *lin.* 2.

Corrig. *vol. I.* — Add. *Ueber den Charakter der griech. Epiſtolographen*, auct. *Schoenheydero*, in *Neu. Bibl. der ſchön. Wiſſenſch.* vol. V. p. 292. ſqq. et *Brehm bibliogr. Handbuch*, tom. II. pag. 48. ſqq. — *Iortini* iudicium, ſ. Critical remarks on Alciphron, legitur in eius Tracts philological, critical and miſcellaneous, Lond. 1790. 8. vol. II. p. 45. ſqq.

Ad pag. 296. *ſect.* 3. *de Timaeo.*

Plura de eo ſcripſi ad *Fabricii* B. Gr. vol. VI. pag. 243. not. ff.

Ad §. 91. HIEROCLES.

Ad pag. 296. *ſect.* 2. *lin.* 8.

In noua edit. vol. VII. p. 393. ſq. ſect. 6. Add. *Needham* et *Niclas* in prolegom. ad Geoponica, pag. LIX. ſq.

AD

AD SECTION. V. TOM. II. PART. I.

Ad §. 1. C. FLAV. VALER. AVR. CLAVD. CONSTANTINVS IMP.

Ad pag. 299. sect. 3. lin. 6.

In noua Fabricianae B. Gr. editione vol. VI. pag. 693 sqq., vbi plures varii generis animaduersiones adscripsi, diuersaque variorum de cruce in coelo visa, de donatione etc. iudicia collegi.

Ad pag. 299. lin. antepen.

Ita lege: *Quaedam de cruce, Helenae auspiciis inuenta et de stupendis operibus, eius virtute et contactu patratis.*

Ad §. 2. IAMBLICHVS.

Ad §. 301. lin. 5.

Vide infra ad §. 12. *de Iuliano*, sect. 2. et *Fabr.* B. Gr. vol. V. cap. 31. pag. 759 sqq. de *Iamblicho*, praecipue de epistolis Iuliani dubiis, et de *Iamblicho iuniore*: item de edd.

Ad

Ad pag. 302. *ſect.* 4. *lin.* 2.

Aldinae editioni multa alia aliorum ſcripta eſſe adiuncta, cognoſces ex libello: Serie dell' edizioni Aldine, ed. II. p. 6. ſq. inprimis ex *Goetzii* memorabilib. bibl. Dresdens. I. p. 492 ſq. et ex *Ferdin. Foſſii* catal. codd. ſaec. XV. impreſſor. in biblioth. Magliabech tom. II. p. 1. ſqq. Ad ad Fabr. B. Gr. vol. IX. p. 196. not. *n.*, vbi quoque de edit. dubia Venet. a. 1483. et principe ed. 1497. quaedam adnotaui. Aliam edit. iam adtuli in Addend. ad Introd. II. 1. p. 352. — *Iamblichi Protrept.* edere voluit *Tib. Hemſterhuſius*, q. v. ad Lucian. I. p. 235.

Ad pag. 303. *lin.* 13.

Vindobonae Auſtriae eſt cod. egregius membran. in bibl. ord. Seruit. *Iamblichus de philoſophia pythagorica*, IV. libr. min. fol. a Ioanne Scutariota Theſſalo ex cod. Florentino transſcriptus. Budam veniſſe videtur codex; ſed mutilus eſt. Nam medio in libro II. deſunt VI. folia p. 95 — 100. et ſex folia p. 125 — 130. in medio libro IV. deſunt duo folia. dein accepit codicem Io. Alex. Braſſicanus: tertius poſſeſſor fuit Frider. Braſſicanus, qui in fine ſcripſit: „Simplicius illos IV Iamblichi libros commentariis illuſtrauit. Nam in biblioth. Vaticana Romae collocati fuerunt, ut ex multis viris iuxta doctis ac integris accepimus." Idem addidit: „nos Budae vidimus cum hac ſubſcriptione:

Σιμπλικίου πόνος οὗτος Ἰάμβλιχε δῶτορ ἐάων,
Ἴλαθι νικηθεὶς, ἀλλ' ὑπὸ σῶν ἐπέων."

Hoc

Hoc ineditum epigramma *Alter in allgem. litterar. Anzeiger, nr. VIII. m. Januar* 1797., vbi de hoc cod. pluribus agit, tribuere malit librario cod. Simplicii.

Ad pag. 304. *lin.* 2. *lege Friis et lin.* 8. *loc.* 6. *ſcribe b.*

Ad §. 3. *HELLADIVS.*

Ad pag. 306. *ſect.* 5. *et* 6.

Sec. meam edit. vol. VI. p. 368. de *Helladio Alexandrino*, et *Helladio Beſantinoo*, et p. 335. de *Alexandro Helladio.*

Ad §. 4. *APHTHONIVS.*

Ad pag. 306. *ſect.* 1.

Cel. *Saxius* in Onomaſt. I. p. 394. ſuſpicatur, *Aphthonium* et *Theonem Alexandrinum* circa a. Chr. 315. claros fuiſſe; et, equidem, ait, ab hac ipſa ſiue ſuperioris, ſiue huius ſaeculi aetate, quae ſophiſtarum feraciſſima eſt, neutrum diuelli et ſeiungi velim.

Ad pag. 307. *ſect.* 4.

In *Aphthonii* progymnaſmata graeci commentarii auctoris anonymi, Syriani, Sopatri et Marcellini. Venet. 1509. fol.

Veterum aliquot de arte rhetorica traditiones — — ſcil. *Rutilii Lupi*, — *Rhomani Aquilae*, — *Iulii Rufiniani*, — — *Aphthonii praeexercitamenta*, *Io. Maria Catanaeo* interprete.

prete. Basil. in aedibus Io. Frobenii. 1521. 4. v. *Panzer* A. T. VI. p. 223. — *Aphthonii* progymnasmata *R. Agricola* interprete, etiam in tom. II nr. 1. Collectionis ab *Alardo* curatae et inscriptae: *Rud. Agricolae lucubrationes aliquot lectu dignissimae in hunc vsque diem nusquam editae, ceteraque eiusdem viri plane diuini omnia.* Colon. 1539. 4. II. voll. v. *Adelung Fortsezung und Ergänzungen zu Jöchers allgem. Gelehrten Lexico*, tom. I. pag. 334. sq.

Ad pag. 307. *lin.* 2.

Edit. Camerarii, (qui praemisit prooemium in libellum progymnasmatum Aphthonii,) Lips. a. 1588. 8. *imprimebat*, (vt in calce legitur,) *Ioann. Steinmann — Ibid. lin. vlt.* Scrib. *Colon. ap. Io. Soterem*, 1525. 8. *cum praefat. Grynaei ad Melanchthonem.* Inscriptio libri autem incipit: *Contenta in hocce libello* etc.

Ad pag. 308. *sub fin.*

Aphthonii progymnasmata et prolegomena in vniuersam Hermogenis rhetoricam, prima loca occupant in edit. Hermogenis veneta supra in I. tomo supplément. p. 348. sq. vberius descripta.

Ad pag. 309. *lin.* 11.

Suidam, quod tradidit, Aphthonium scripsisse progymnasmata in Hermogenis rhetoricam, erasse putabat *Fabric.* in B. Gr. vol. VI. p. 75. init., at in cod. reg. Matrit. diserte

ſerte Aphthonio illa adſcribuntur. Add. quae in eod. volum. pag. 70. ſeqq. in cap. de Hermogene de codd. adnotaui.

Ad pag. 310. *ſect.* 6. *lin.* 1. 2.

Siue ſec. meam edit. vol. VI. cap. 33. pag. 94. ſeqq.

Ad §. 5. *THEON.*

Ad pag. 310. *ſect.* 1.

Vide ad antecedentem paragr. ſect. 1. de *Theonis* aetate ſcripta.

Ad pag. 310. *ſect.* 4. *lin.* 1. 2.

Inſcriptio eſſe dicitur in catal. bibl. Pinell. tom. III. p. 14. *Theonis ſophiſtae progymnaſmata.* gr. Romae per Angel. Barbatum. 1520. 4. Contra in catal. bibl. Duc. de la Valliere, tom. II. pag. 21. nr. 2225. *Theonis* rhetoris *de modo declamandi libellus:* gr. Rom. per Ang. Barbat. 1520. 4. — Eodem anno ibid. typis excuſa ſunt *Aphthonii* progymnaſmata, gr.

Ad pag. 311. *ſect.* 5.

Sec. m. ed. vol. VI. pag. 97. ſq.

Ad §. 6. *de Dexippo pag.* 311.

lin. 9. In noua m. ed. vol. V. pag. 697. VII.

Ad

Ad §. 8. LIBANIVS.

Ad pag. 312. sect. 4. sub fin.

De ed. et Erasmi Roter. versione latina, Colon. 1525. 8. v. ad §. 4. de Aphthonio, sect. 4.

Ad pag. 314. fin.

In Wolfii editione deest epistola Libanii ad Iulianum responsoria. Iuliani epist. est tertia in edit. Iul. Lipsiensi a. 1696. fol. p. 374. *Libanii* igitur responsionem ex cod. Augustano et Mosquensi graece publicauit notisque instruxit *Christi. Frid. Matthaei, in allg. litterar. Anzeiger*, a. 1801. nr. 41. Idem emendat locum epist. MDXLIV. ed. Wolf. et XLVI. epist. inter Iuliani epistolas.

Ad pag. 317. sect. 6. lin. 2.

In mea Fabr. edit. vol. VI. cap. 43. p. 750 — 790.

Ad §. 9. ARISTAENETVS.

Ad pag. 317. sect. 3. lin. 7.

Scrib. *Aristaen. epp. graecae, cum versione latina et notis Iosiae Merceri, curante Io. Corn. de Paw, cuius notae accedunt.* Traiecti ad Rhen. 1737. 8.

Ad pag. 318. *lin.* 6.

Specimen editionis nouae epistolarum *Aristaeneti*. Acc. *Io. Baptist. Bolla* iambi graeci in Pantomimam Vigano: cura *Frid. Iac. Bast.* Vindobon. 1796. 8. cum noua versione latina et commentario. Sunt epistolae 27 et 28. libri I, graece, loco speciminis typis expressae. Conf. Ien. A. L. Z. a. 1797. nr. 47. m. Febr. col. 375. et *Brehm bibliogr. Handbuch.* tom. II. p. 152. seqq., vbi quoque *Fel. Nogaret* valde libera gallica recensetur Aristaeneti versio in tomo I. operis: Oeuvres de *Felix Nogaret. L'Aristenete françois.* Paris. ap. Deroy. tom. I. II. de l'Imprimerie de Coffon à Versailles. 1797. 12. add. censuram illius operis in Ien. A. L. Z. m, Mart. 1798. nr. 85. col. 677. seqq. — Magis fida est omnium epistolar. versio gallica: *Lettres d'Aristenete*, auxquelles on a ajouté les Lettres, choisies d'*Alciphron*, traduites du Grec, antea prodiit Londini 1739. 12. — De anglicis versionibus v. *Brüggemann* View etc. p. 405. et Supplement, etc. p. 76. — Notandus est libellus romanensis: *Les Faveurs du Sommeil* par *François Turben*, Paris 1746., qui quidem simulatur ex graeco Aristaeneti esse versus; sed est mera fictio: *Turbeni* vero opus valde laudatur ab eo, qui vitam illius, (Paris. 1803. aetat. 81. mortui) in Iournal de Paris, d. 23. Dec. a. 1803. enarrauit.

Ad

Ad §. 10. *HARPOCRATION.*

Ad pag. 319. *ſub fin. et* 320. *ſect.* 4.

De Harpocratione plura vide in Fabr. B. Gr. meae edit. lib. IV. cap. 38. vol. VI. p. 245. ſeqq., inprimis de eius *libro medicinali* etc. p. 250. not. *b.* Add. *Toup* emendatt. in Suidam, tom. IV. pag. 402. ſeqq. ed. Oxon. 1790., vbi multa loca illuſtrantur et emendantur, ac *Brehm* bibliogr. *Handbuch.* II. p. 478. ſq.

Ad §. 11. *pag.* 320. *MAXIMUS.*

Conf. Fabr. B. Gr. III. cap. 21. vol. IV. m. ed. p. 158 ſeqq. de *Maximo*, inter aſtrologos ineditos, vbi in notis plura obſeruaui: ac vol. IX. p. 678. et 679 ſq. de *Maximis*, et quae adſcripſi: item vol. VI. p. 721. not. *i.*

Ad §. 12. *IULIANVS IMPERAT.*

Ad pag. 321. *ſect.* 2. *lin.* 18.

Secund. m. edit. libr. V. cap. 41 vol. VI. p. 719—750., vbi permulta, quae hic repetere nolo, adſcripſi, multosque de Iuliano iam laudaui varii generis libros.

Ad pag. 322. *ſect.* 3. *lin.* 3.

Conf. Fabr. B. Gr. vol. V. cap. 31. de Iamblicho, p. 760. ſqq. et *Wernsdorf* in edit. Himerii, praeſertim in illius vita p. 37. ſq.

Ad

Ad pag. 322. *fect.* 4. *lin.* 9.

Collectio illa ſatyrarum inſcripta eſt: *Elegantiores praeſtantium virorum ſatyrae*, quarum titulos et nomina auctorum verſa pagella exhibebit poſt praefationem. Diſtinguuntur in tomos duos. Lugd. Bat. ex offic. Io. Maire. 1655. 12. In tomo I. pag. 111. ſqq. exſtant *Iuliani imper. Caeſares* ſ. ſatyra in romanos imperatores, interprete *Petro Cunaeo*, cum eiusdem praefatione in Iulianum. In tom. II. init. typographi nomine ſcripta praefatio, in qua redditur Dionyſii Petauii cenſura, (contra Iulianum,) ſuper Cunaei praefatione: item iudicium Leunclauii de Iuliano. Sequitur P. *Martinii Morentini Nauarri* praefat. in *Iuliani* imper. Miſopogonem, vbi auctoris vita ex variis, praecipue Marcellini, locis diſſeritur: poſtea p. 12. *Iuliani Caeſares* gr. et cum latina *C. Cantoclari* interpretatione: denique p. 106. ſqq. *Iuliani imp. Miſopogon vel Antiochenſis*, gr. cum lat. *Petri Martinii* verſione.

Ad pag. 323. *lin.* 3. 4.

Haec edit. a. 1592. dubia atque improbabilis mihi iam ad Fabr. l. c. p. 728. not. *ee.* viſa eſt, quum illo anno Cunaeus puer eſſet ſexennis, adeoque illi labori impar. v. *Niceron.* Memorias viror. doctor. ſec. Baumgartenii verſionem germ. tom. VI. 255. ſqq.

Ad pag. 324. *lin.* 8.

Iuliani imper. in Conſtantii laudem oratio, gr.

gr. et lat. cum animaduerſionibus *Dan. Wyttenbachii*: acc. eiusdem epiſtola critica ad Dau. Ruhnken. Graeca recenſuit, notationem criticam indicesque adiecit *G. H. Schaefer*. In vſum ſtudioſae iuuentutis. Lipſiae 1802. mai. 8. In praemiſſis obſſ. Schaef. et confirmauit emendationes, et exquiſite dicta illuſtrauit. Conf. Jen. A. L. Z. a. 1802. M. Aug. nr. 217. — Defenſe du Paganiſme par l'Empereur *Iulien*, en grec et en françois avec des diſſertations et des notes pour ſeruir d'Eclairciſſement au Texte et pour en refuter les Erreurs par Mr. le *Marquis D'Argens*, Chambellan de S. M. le Roi de Pruſſe. Berol. 1764. 8. conf. *Klotzii* acta litteraria, vol. II. part. I. Altenburg. 1765. 8. pag. 175 ſqq. — *Iulians Spottſchrift, die Kaiſer, aus dem Griechiſchen.* Halae Sax. 1788. 8. — De verſionibus anglicis, aliisque multis libris a viris doctis Britann. ſcriptis et ad Iulianum pertinentibus v. *Brüggem.* View etc. p. 406. ſqq. et Supplem. p. 76.

Ad pag. 325. *lin.* 29.

Corr. *vindicatum.* — — *Einige Anmerkungen über Kaiſer Iulians Schriften vnd Character, in ſo weit er ſich in ſeinen Schriften dargeſtellt hat*, in *Hegewiſchii, Prof. Kilon. hiſtoriſchen vnd litterar. Aufſätzen.* Kilon 1801. 8. *nr.* 6. — Het Leven van Keizer *Iuliaan*, nar het franſch van den Abt *de la Bletterie.* Vtrecht et Rotterd. in 8. ſub exitum ſaeculi ſuperioris.

Ad

Ad §. 13. HIMERIVS.

Ad pag. 326. sect. 1. lin. 4.

Corr. *exstinctum*, et sect. 4. lin. 1. *eclogas.*

Ad pag. 327. lin. 19.

In mea B. Gr. editione de *Himerio* vberius agitur in vol. VI. cap. 32. pag. 55. sqq.

Ad pag. 330 de THEMISTIO,

sect. 2, lin. 2. corr. *Patrem.*

Ad pag. 331. sect. 4. lin. 1.

sec. meam edit. vol. VI. cap. 44. pag. 790. sqq.

Ad pag. 332. lin. 27.

Corr. *potuit.* — *Ad pag. 333. lin. vlt.* add. confer etiam *Fabr.* B. Gr. vol. III. p. 215. ibique not. *ccc.* et de aliis *Themistii* paraphrasibus librorum quorumdam Aristotelicorum, versionibus atque editionibus, vol. VI. p. 812. sqq.

Ad pag. 334. sect. 7. fin.

In noua edit. p. 794. §. II., vbi vide notas.

Ad pag. 335. fin. de ORIBASIO.

Ab eodem cel. *Grunero* editi sunt in programmatibus, *Oribasii* medicinalium collectorum liber I. e cod. Mosquensi nunc primum gr. et lat. Ienae 1782. 4. et *Oribasii* medicinalium collectorum lib. I. et II. et fragmentum

aliud e cod. Moſquenſi nunc primum gr. lat. ibid. eod. anno.

Ad pag. 336. §. 16 *lin.* 1.

Corr. *Diophantus*, et conf. *Fabr.* B. (nouae edit. vol. V. cap. 36. p. 641. ſqq.

Ad §. 20. *AMMONIVS.*

Ad pag. 340. *med.*

Valckenaer inſeruit ſuae editioni *inc ſcriptoris opuſculum de ſoloeciſmo et barbariſ* Illius tamen verum auctorem eſſe *Herodian Aelium*, grammaticum, ex cod Veneto Ma 512. docuit, et ex codd Venetis varias ſ peditauit lectt. cl. *Villoiſon* in Anecd. gr. to II. p. 175. ſqq.

Ad pag. 341. *ſect.* 4. *lin.* 1.

Sec. m. edit. in vol. V. cap. 29. pag. 715 ſ

Ad §. 21. *HELIODORVS.*

Ad pag. 341. *ſect.* 4. *lin. pen.*

ſcr. *collatione MSS. biblioth. Palatinae aliorum*: n. *Palatini*, cod. ex quo, quae veteri edit. corrupta, emendauit, mutila qu plurima ſuppleuit, *Vaticani*, ex quo Andr Schottus varr. deſcripſit lectiones, ſuasq non paucas addidit coniecturas, *alius* a Gu Xylandro collati, denique eius, quem i

Her

Hermagius adhibuit, fulsque typis expressit fidelissime.

Ad pag. 342. *lin.* 3.

Hic et in nota scr. *Warschewiczki*, cuius tamen nomen ab aliis scribitur *Warschewitzki;* ab aliis *Warschawizki.* Huius versio lat. primum prodiit Basil. per Io Oporin. 1552 fol. — Nouissimae editiones sunt: Ἡλιοδώρου Αἰθιοπικῶν βιβλία δέκα. Textum recognouit, selectamque lectionis varietatem adiecit *Christ. Guil. Mitscherlich*, Prof. Gotting. I. II. partt. Argentorati (e typogr. societatis Bipontinae.) a. VI. (1798.) m. 8. et quae Mitscherlichianam longe superat, graecis notis instructa, editore *Coray*: Ἡλιοδώρου Αἰθιοπικῶν βιβλία δέκα, ἀχάριν Ἑλλήνων ἐξέδωκε μετὰ σημειώσεων, προσθεὶς καὶ τὰς ὑπὸ τοῦ Ἀμιότου συλλεγείσας, τέως δὲ ἀνεκδότους, διαφόρους γραφὰς, προτροπῇ καὶ δαπάνῃ Αλεξάνδρου Βασιλείου, Ο δ. Κοραῆς. Μέρος Α, περιέχον τὸ τοῦ Ἡλιοδώρου κείμενον. Μέρος Β, περιέχον τὰς εἰς τὸν Ἡλιοδώρον σημειώσεις. Paris. 1804. II. 8. — *Gallica* nouissima *Heliodori* (et aliorum Graecorum eroticorum,) versio est *Mercieri* abb. *de St. Leger* in: Bibliothéque des Romans, trad. du Grec. Paris. 1796 — 1797. 12. voll. in vol. II. — *Zschormii germanica versio* primum prodiit Argentorati, 1554. 8. — *Mena Toletanus*, (qui ex more Hispanorum dicitur *vezino* (*vecino*) *de Toledo*, ex quo Paciaudius de libris eroticis antiquor. rec. in Schäferi edit. Longi pastoral. p. XX. sq. linguae hispan. forsan parum gnarus

rus effinxit perperam *de Menavezino*, notante Schäfero,) hispanice vertit en Alcala de Henares, 1585.

Ad pag. 343. *sect.* 6. *lin.* 3.

In noua ed. vol. VIII cap. 6. pag. 111. sqq. et p. 128. sq. de *Heliodoro Lariſſaeo*, mathematico. — Add. cel. *Morelli* biblioth. Mſt. gr. et lat. tom. I. p. 279. et p. 280. — *Frid. Iacobs* epiſtolae duae criticae, vna ad I. G. Schneider — de *Aeliano* et *Philoſtrato*; altera ad Doct. Coray de *Heliodoro*. Ienae 1804. mai. 8. — *Manſo in vermiſchten Schriften*. i. II. *Theile*. Lipſ. 1801. 8. in parte II nr. 3. agit de ortu, natura et claſſibus librorum graecorum romanenſium, et patrem tertiae claſſis ſiue libr. proprie dictorum Romanens. habet Heliodorum, cuius veſtigia preſſiſſent reliqui. Idem Heliodori librum in compendium redegit. conf. ephem. litter. Gothan. a. 1801 nr. 96. p. 785. sqq. — *Ramdohr* in libro Venus Vran. aliquot dedit obſeruatt. in Heliod. libr. Add. *Brehmii* bibliograph. Handbuch II p. 481. — De *Heliodoro* et reliquis eroticis ſcriptoribus v. quoque *Fuhrmann Handbuch der claſſiſchen Litterat.* tom. I. p. 499.

Ad §. 23. *PAPPVS.*

Ad pag. 344. lin. 5. corr. 115, et lin. 8. *tradidiſſe.*

Ad

Ad pag. 344. *ſect.* 2. lin. vlt.

Bonon. 1660. Manoleſſius autem dedicaoni nomen ſubſcripſit, Kal. Maii 1659. in ie legitur, Bononiae, ex typogr. H. H. de uciis, MDCLVIII. compara *Kollar.* Suppl. l Lambecii comment. pag. 432. ſqq. — *pollonii* de tactionibus quae ſuperſunt, ac axime *Lemmata Pappi* in hos libros, graece inc primum edita e codd. mſſtis — a *Ioan. uilielmo Camerer* Gothae et Amſtelod. 1795. Pag. 14 ſqq. poſt Halley reddidit ex *Pappi* aefatione lib. VII. collect. mathem. *περὶ ἀφῶν βιβλία β.* pag. 19. ſqq. ex duobus codd. iris. et vno Argentorat. primum gr. euulgat, ſubiectis variis lectt. *Pappi lemmata*, et 33. latinam illorum verſionem, etc. Add. pra, part. I. p. 268., vbi vitio typothetae ale editum eſt *de factionibus*, pro: de *ctionibus.*

Ad pag. 344. *ſeot.* 3. *lin.* 2.

ſec. m. edit. vol. IX. cap. 17. pag. 170. ſqq. p. 178. ſqq. de *Theone Alexandr.*, de quo in q. §. 24. ſermo fuit. Add. *Käſtneri Gehichte der Mathemat.* tom. II. p. 80. ſqq. et : Commandini vita ſcriptisque p. 42. ſqq.

Ad §. 25. *EVNAPIVS.*

Ad pag. 346. *ſect.* 4. *lin. antep.*

Mortuo *Carpzouio*, ſpes quidem imminui eſt, neque tamen omnino ſublata. Nam vt ex

ex catalogo biblioth. Helmſtad. 1804. p. XV. ſq. innotuit, praeclara Carpzouius reliquit ſubſidia, et pag. 32. catalogi editiones Eunapii, quas poſſederat Carpzou., indicantur. Optandum autem eſt, vt V. D. rei peritus, quum ex ſectione bibliothecae Carpzouianae adparatus ille iure emtionis in bibl. acad. Dorpat. ens. ſit illatus, tandem nouam Eunapii editionem curet.

Ad pag. 347. *ſect.* 5. *lin.* 1.

ſec. m. edit. vol. VII. lib. V. cap. 1. pag. 536. ſqq.

Ad pag. 349. *de Hypatia, ſect.* 4. *lin.* 1.

ſec. nou. edit. vol. IX. cap. 17. p. 187. ſqq.

Ad §. 27. *HESYCHIVS.*

Ad pag. 351, *lin.* 3. leg. *ad ann. Chr.* et *lin.* 7. *ſaeculis.*

Ad pag. 355.

lin. 11. corr. *illuſtrato*, et add. eiusdem *Valcken.* not. ad Theocriti Adoniazus. p. 299. ſqq., vbi profitetur, in ſua ſe ſententia de epiſtola ad Eulogium magis magisque confirmari. — *Lin.* 13. ſcr. *in lexico.* — *lin.* 24. ſcr. *viderentur.* — *Pag.* 356. *lin.* 4. corr. *integrae* — *formulae.* — Add. infra ad §. 125. de *Suida.*

Ad pag. 353. *ſect.* 3.

Alter in *Allg. litter. Anz.* nr. 27. a. 1796. p. 292. ex ſchedula quadam manu Salmaſii, vt opinatur, ſcripta, in qua Dupuy rogaſſe dicitur Heinſium, vt locum quemdam conferendum curaret cum codice quodam Heſychii mſto valde

valde antiquo in biblioth. Laur. Medicea, conïicit, Florentiae in illa bibliotheca fuiſſe ſaec. XVII. valde antiquum Heſychii codicem.

— [De *Sopingii* meritis in Heſychium cf. Pierſon. ad Moerin p. 59.]

Ad pag. 357. *ſect.* 5. *lin.* 2.

ſec. m. edit. vol. VI. cap. 37. pag. 201. ſqq.

Ad §. 28. LONGVS.

Ad pag. 359. *ſect.* 3. *lin.* 8.

Corr. 1606. — *lin.* 25. corr. *recenſionem.*

Ad eamd. pag. lin. 19.

[Quae inſunt in Nealmi editione *emendationes* debentur celeberrimo medico, *Io. Steph. Bernardo.* Vidd. *Bernardi Reliquiae medico-criticae* p. 55.]

Ad pag. 360. *lin.* 5.

Λόγγου — *Longi Paſtoralium* de Daphnide et Chloe libri IV. gr. et lat. acc. *Xenophontis* Epheſiacorum — libri V. Textum recognouit — *Chr. Guil. Mitſcherlich*, Profeſſ. Gottingens. Biponti. 1794. 8. — *Longi Paſtoralia*, gr. et latine: cum proloquio P. M. Paciaudii de libris eroticis antiquorum. Graeca recenſuit notasque criticas adiecit *G. H. Schaefer.* Lipſiae 1803. 12. *Paciaudius* in proloquio §. XIII. pag. XXIII. ſqq. paucis perſequitur editt. atque verſiones Longi Paſtoralium. — Les amours paſtorales de Daphnis et Chloe, traduites du Grec de *Longus*, par *I. Amyot.* Par. Renouard. 1803. 18. cum Herhani ſtereotypis. — Add. praefat. ad Introduct. tom. II. part. 2. pag. 6.

Ad

Ad pag. 360. *ſect.* 5. *lin.* 1.

ſee. m. edit. vol. VIII. cap. 6. pag. 133. ſqq. — Add. Lipſ. allg. litter. Anz. a. 1799. nr. 2 et 3.

Ad §. 29. *NONNVS.*

Ad pag. 361. *lin.* 2.

ſcr. 1569. v. praefat. ad Introd. tom. II. part. 2. pag. 6. et ad Fabr. B. Gr. vol. VIII. cap. 12 §. XI. (vbi a pag. 601. de *Nonno* agitur.) pag 605 not. xx. — Cunaei edit. a. 16 o 8. duobus conſtat tomis, *alter* tamen *tomus* non ſemper adhaeret priori tomo, (v. ad Fabric l. c, p. 606. not. zz.) et vero interdum ſeparatim inuenitur: habet autem peculiarem inſcriptionem: *Petri Cunaei* animaduerſſ. libr. in *Nonni* Dionyſiaca; *Dan. Heinſii* diſſ. de. Nonni Dionyſiacis et eiusdem paraphraſi; *Ioſ. Scaligeri* coniectanea, ad edit. Plantin. et Wechel. Lugd. Batau. Elzev. 1610. 8. Separatus quidem a priore parte occurrit in catal. libror. Io. Chriſti. Gottl. Erneſti, Lipſ. 1802. p. 35. — [Chreſtomathiam quamdam Nonniam, ſeu ſaniora e Dionyſiacis collecta et in unum corpus redacta, fortaſſis in uſum *perpetuae interpretationis*, optabat *Heynius* ad Apollodorum p. 574; idemque p. 576. ſuſpicabatur, Nonnum e Dionyſii Βεσσαρικαῖς hauſiſſe.]

Ad pag. 361. *lin.* 15.

Νόννου — *Nonni Panopolitani poetae* tralatio Scti Euangelii ſecundum Ioannem. Haganoae per Io. Secerium. 1527. 8. graece. cum praefat. Phil. Melanchthonis. — Νόννου — *Nonni Panopolitani* Translatio vel paraphraſis

S.

S. Euangelii ſecundum Ioannem, carmine heroico graeco conſcripta. Cum verſione latina e regione ad verbum expreſſa, in gratiam Studioſorum, qui ſacram lectionem cum graecae linguae cognitione coniungere cupiunt. *Erhardo Hedeneccio* D. et Medico, interprete. Baſil. ex offic. chalcogr. Petri Pernae. 1577. 8. Sub finem a fol. 126—144. ſequuntur *Gregorii Nazianzeni* ſententioſa tetraſticha, diſticha et monoſticha; eiusd. carm. lamentatio ſuorum laborum et ad Chriſtum pro ipſius vitae ſolutione precatio. — Νόννου — — *Nonni Panopolitani* poetae conuerſio graeca euangelii ſecundum Ioannem, in latinum ſermonem ad verbum translata. In vſum ſcholaſticae iuuentutis. Lugd. ap. Iac Rouſſin. gr. et lat. 1620. 12.

Ad pag. 361. *lin.* 23.

Cl. *Wernsdorf*, filius, in Lipſ. allgem. Litter. Zeit. a. 1800. nr. 164. acute emendarat atque illuſtrarat locum *Nonni* libr. 43. p. 1134. v. 32. ed Hanou. 1605. χρυσὸν Ἴβηρ πόρε ῥῆγος (*puluinar*), pro vulgata lectione Ρῆνος, quoniam Rhenum flumen habuiſſe aurum fluuii (*Fluſsgold*), veteribus fuiſſet ignotum; Iberum vero tunc eſſe fluuium hispan. *Ebro* hodie dictum. Poſtea tamen, quod *Kinderling* ibid. nr. 165. oppoſuit, ſaec. VIII. Abbatiae *Eſchau* lotionem auri, (Goldwäſche,) apud inſalam Rheni, Zizenow, (hodie, Schotenhof,) eſſe donatam, adeoque prius etiam Rhenum potuiſſe aurum adtuliſſe, textus mutationem dimiſit, atque in poëta illo, rara et inſolita venante, priſtinam poſſe retineri lectionem con-

conceſſit. Add. praef. ad Fabr. B. Gr. vol. VIII. p. IX.

Ad pag. 361. *ſect.* 2. *XENOPHON EPHES.*

In Cocchii ed. contextus eſt negligentius excuſus; in edit. autem Luccenſi eſt ille a quibusdam quidem vitiis purgatus, contra aliis corruptus. — *Xenophontis* Epheſ. de amoribus Anthiae et Abrocomae, libr. V. gr. ac lat. ed. a *Mitſcherlichio*, cum Longi Paſtoralibus. v. ad §. 28. — gr. cum italica Antonii Saluini verſione, edid. *Polyzor Hiereus*, Vindob. Auſtr. 1793. 8. — Add. praef. ad tom. II. part. 2. p. VI. ſq. — Optima eſt editio: *Xenophontis Epheſii* de Anthia et Habrocome Epheſiacorum libri V. gr. et lat. Recenſuit, ſuppleuit, emendauit, latine vertit, adnotationibus aliorum et ſuis illuſtrauit, indicibus inſtruxit *Aloys. Emeric. L. B. Locella*, S. C. R. A. M. a. conſ. aulae. Vindobonae ap. A. Blumauer. 1796. 4. conf. Allg. Litt. Z. a. 1797. m. Febr. nr. 37. p. 289. ſqq., vbi quoque de ingenio eroticorum noſtrique agitur, et nou. bibl. vniu. german. Kilon. vol. 37. part. 1. faſc. 1. pag. 18. ſqq. — Plura ſcripſi de Xenophonte, edd., verſionibus, et libris VV. DD. in quibus eius opuſculum aut emendatur aut explicatur, ad *Fabr.* B. Gr. vol. VIII. cap. 6. pag. 146. ſqq. — et pag. 150. ſqq. de *Charitone*, et aliis graecis ſcriptoribus eroticis: atque de *Niceta Eugeniano* etiam in vol. VII. p. 749.

Ad

Ad pag. 363. *lin. vlt.*

ſec. m. edit. vol. VI. cap. 33. pag. 104. ſect. 9.

Ad §. 32. *EVDOCIA.*

Ad pag. 365. *lin.* 1.

Bandin. in cat. codd. gr. Laurent. I. pag. 226. ſqq. egit de *Eudocia* eiusque ſcriptis, atque ex cod. Laur. Medic. edidit gr. cum verſ. lat. fragmentum longum heroici poëmatis Eudoc. in laudem SS. Cypriani et Iuſtinae, et quasdam ſubiecit adnotationes.

Ibid. ad lin. 6.

Conf. *Photii* CPol. patriarchae biblioth. cod. CLXXXIV. et *Fabric.* B. Gr. I. p. 553. et vol. IX. pag. 437. ſq. vet. edit. — de *Eudoxia* autem ſ. ***Eudocia*** Macrembolitiſſa, v. *Fabr.* vol. VIII. p. 55. ſq.

Ad pag. 370. *lin.* 17. ***de Olympiodoro.***

Fabr. ſec. m. edit. vol. VII. pag. 541. ſqq. ſect. 8. et de *Syriano* (qui §. 34. ſequitur) vol. VIIII. cap. 21. pag. 357. ſqq.

Ad §. 35. *ZOSIMVS.*

Ad pag. 371. *ſect.* 1. *lin.* 6.

Leg. *collocandam.* — Ad *ſect.* 3. *lin.* 4. add. ſec. meam ***Fabr.*** edit. vol. VIII. pag. 62. ſqq.

Ad

Ad pag. 372. *med. ſect.* 3.

Cel. *Gruner* in multis programmatibus edidit atque illuſtrauit *Zoſimi de Zythorum confectione* fragm., quorum vndecimum prodiit Ienae m. Ian. 1804. De hoc *Zoſimo chemico* v. Fabr. B. Gr. l. cit. pag. 71. ſq.

Ad pag. 373. *lin.* 15.

Des Zoſimus Geſchichte aus dem Griechiſchen zum erſtenmahl ueberſetzt vnd mit Anmerkungen von Seybold und Heyler. II. partt. ſiue *der Sammlung der neueſten Ueberſetzungen der griechiſchen proſaiſchen Schriftſteller*, tom. X. Francof. ad Moen. 1802. 8.

Ad pag. 374. *de Priſco, lin. pen.*

ſec. m. edit. vol. VII. q. 539. ſq.

Ad §. 37. *PROCLVS.*

Ad pag. 375. *ſect.* 3. *lin.* 5. *ſq.*

Primo leg. *egit — inſeruit:* tum adde: in noua ed vol. IX. cap. 21. pag. 563. ſqq. ſed *hymnos Procli*, (de quorum inprimis editionibus, ad pag. 406. ſq. uberius egi,) a Fabricio in vet. ed. publicatos, conſulto praetermiſi. — , De quodam Procli libello *de cauſſis*, Fabricio quondam incognito et qui ex arabico verſus exſtat in Opp. *Thomae Aquinatis* etc. tom. IV. p. 470. ed. Paris. v. Theſauri epiſtolic. La Crozian. tom. III. p. 126.

Ad

Ad pag. 376. *lin.* 14.

Quos hymnos *Iriarte* primus publicauit; iidem et quinque alii, (qui quidem in editionibus quatuor numerantur,) exstant Venet. in cod. Marc. CCCCVI. Copiose eruditeque de iis disputat cel. *Morelli* in Bibliotheca Mst. gr. et lat. tom. I. p. 271. sqq.

Ad pag. 378. *sub fin.*

Procli Diadochi Sphaere. Astronomiam discere cupientibus vtilissima. *Thoma Linacro* Britanno interprete, etc. Impressum Colon. per Henr. de Nussia a. 1515. 4. — *Athanasius Georgius Manusi* vertit *Wuchereri* physicam in linguam eruditam, quae, vt quondam in schedis notaui, a. 1801. Vindobon. lucem adspectura sit: an prodierit, equidem non comperi. Addita autem esse dicitur adpendicis loco Πρόκλου σφαῖρα περὶ ἄξονος καὶ πόλου, sed in fine manca: integram tamen Procli sphaeram in cod. possidet *Anthimus Gazi*, et ex eo, quae desunt, supplebuntur, aut suppleta sunt.

Ad pag. 379. *lin.* 8.

Corr. 1533. et *lin.* 10. add. in noua Fabr. ed. l. c. pag. 416. ac *lin.* 14. corr. *Procli.*

Ad pag. 380. *lin.* 13.

Leg. *Homeri*, et *lin.* 19. Αἰθιοπίδος, pag. autem 381. lin. 1. *vero putat manssisse.* — *De XVIII. Procli argumentis aduersus Christianos* v. Fabr. l. c. p. 418. §. XIV.

Ad

Ad pag. 383. *lin. pen.*

Fabr. in m. edit. l. c. pag. 364. ſqq.

Ad pag. 385. *lin. penult. de Marino.*

In noua ed. vol. IX. cap. 21. pag. 370. ſq.

Ad pag. 386. *de Seuero, lin.* 5.

In m. ed. vol. VI. cap. 32. p. 53. nr. 5. ibique vid. not. *qq.* [Add. *Abreſch* Lect. Ariſtaenet. p. 235.]

Ad pag. 389. *de Malcho, ſect.* 4. *lin.* 1.

In nou. edit. vol. VII. pag. 540. nr. 5. et pag. 518. ſqq. de *Byzantinae hiſtoriae* ſcriptoribus, et *Corpore Byzantino.*

Ad pag. 390. *de Polluce.*

Lin. 25. et 30. leg. Πολ. conf. ad Fabr. B. Gr. vol. VI. libr. IV. cap. 35. pag. 144. §. III. nou. edit.

Ad §. 44. *AMMONIVS, HERMEAE FILIVS.*

Ad pag. 393. *ſect.* 5. *lin.* 2. *et* 3.

In noua edit. vol. V. cap. 29. pag. 704. ſqq. — De philoſophia *Ammonii* ſcripſit *C. F. Roeſler.* Tubingae, 1786. 4.

Ad

Ad §. 45. HIEROCLES.

Ad pag. 393. *fin.*

Ἱεροκλέους — *Hieroclis* philoſophi commentar. in aurea Pythagoreorum carmina. *Ioanne Curterio* interprete etc. Londin. 1673. 12. Cuius libri tomus alter inſcriptus eſt: — *Hieroclis* de prouidentia et fato, vna cum fragmentis eiusdem, et *Lilii Gyraldi* interpretatione ſymbolorum Pythagorae, notisque *Merici Caſauboni* ad commentarium *Hieroclis* in aurea carmina, Londin. 1673. Hunc alterum tomum non eſſe repetitionem prioris editionis Londinenſis, etiam docet *Andr. Dalzel* in Collectaneis graecis minor. ed. *Grolmannni*, Lips. 1797. 8. p. 30. vbi *ſelectas* quasdam *Hieroclis facetias* graece recudi fecit cum adnotatt. grammaticis. — Ex *Hierocle* et alio anonymo *de iure iurando Pythagorae* in cod. regio Matrit. ap. Iriart. de codd. mſt. gr. Matrit. p. 465., qui, comparata *Petri. Needham* edit. Hieroclei commentarii, varietatem lectionis ex cod. adtulit. — *Hieroclis* comment. germanice verſus prodiit Tiguri 1778. 7. — *Anglica* verſio inſcripta eſt: The Commentary of Hierocles upon the Golden Verſes of the Pythagoreans; now firſt translated into Engliſh from an accurate edition of the Greek Original, publiſhed in London, in the Year 1742. *) by the learned Dr.

*) De illa aliisque editt. v. *Fabr.* B. Gr. I. p. 801.

Dr. *Warren*, accompanied with Notes and Illuſtrations, by *William Rayner*, A. B. Vicar of Calthorpe, Printed ad Norwich, ſold by Longmann in London. 1797. 8. Adiecti ſunt *Theophraſti* characteres. v. *Brüggemann* ſupplement. p. 79.

Facetias germanice verterunt *Ramler*, Berol. 1782. et *Kriegel.* in *griechiſchen Ergötzungen*, Lipſ. 1747. 8.

Ad pag. 394. *lin.* 20.

Corr. *quod*, et in ſect. 6. lin. 1. *Hierocle.*

Ad §. 48. *IOANNES STOBAEVS.*

Ad pag. 396. *ſect.* 1. *lin.* 3.

Corr. *adnumerari.*

Ad pag. 397. *lin.* 3. *et* 4.

ſec. m. edit. in vol. IX. cap. 30. (in quo vberius agitur de Io. Stobaeo,) pag. 572. ibique v. notam meam, in qua iam animaduerti, cl. *Heeren* in comm. de fontibus eclog. Io. Stobaei §. III. ſq. probabiliter oſtendiſſe, Stobaei aetatem inter a. forte 450. et 500. eſſe ponendam. — In Stobaei autem libr. frequentem eſſe nominum auctorum confuſionem, docet *Wyttenbach.* in edit. Plutarchi de ſera numinis vindicta p. 129.

Ad pag. 398. *ſect.* 4. *lin.* 11.

De edit. *Trincauelli* rariſſima, in cuius fronte ſignatur a. 1536., in fine autem a. 1535.

1535. vid. *Freytag* in adparatu litt. tom. III. p. 581. sqq. Idem monet, edit. Lugdun., quam pag. 399. recensui, a. 1608. in fol. prodiisse; illi vero Geneuenses a. 1609. addisse separatim integra S. *Maximi* et *Antonii Melissae* collectanea. — Ex cod. Mosquensi Ἰωνιὰς *Arsenii* dicitur Stobaeus posse multis locis suppleri.

Ad pag. 400. *lin.* 6.

Corr. *Grotii*, de cuius aliorumque collectionibus plura adnotaui ad *Fabr.* l. c. pag. 597. seqq. — In *lin.* antepen. scrib. *Belgium.* — *Partis* autem *secundae* tomi I. et II. prelum reliquerunt Gottingae 1801. atque tomo secundo addita est *Frid. Iacobs.* epistola critica in Stobaei eclogas, quam excipiunt quinque indices.

Ad pag. 401. *lin.* 4.

Editionis, quam correctiorem atque auctiorem paraturus erat cl. Schow, prior tantum pars lucem adspexit, huius sententiae: *Ioannis Stobaei Sermones*, e MSS. codd. emendatos et auctos edidit *Nicol. Schow*, Prof. Hafnienſis. Pars I. Sermo 1—XXVII. Lipſ. 1797. mai. 8. Spem continuationis decollauit triſtiſſimum illud incendium, quod ineunte a. 1794. vt regium palatium Hafnienſe, ita etiam Schowii libros omniaque, quae ille in itinere collegerat ad Stobaeum ſuum ornandum, abſumſit. Conf. cenſuram in Ien. A. L. Z. a. 1800. nr. 294. et 295.

Ad §. 50. PROCOPIVS GAZAEVS

Ad pag. 402. *lin.* 11.

In fronte edit. tantum legitur: *Procopii — — Io. Meurſius nunc primus graece edidit, et latinam interpretationem adiecit*; in inſcriptione autem contextui pag. 1. praefixa: *Procopii Gazaei ſophiſtae in quatuor libros Regum ſcholia*, Ludouico Lauatero *Tigurino interprete*: contra, pag. 333. haec legitur inſcriptio: *Procopii Gazaei in Paralipomena ſcholia*, Ludouico Lauatero, *et* Hartmanno Hambergero, *interpretibus*. Ipſe autem Meurſius nullam praefationem praemiſit.

Ad pag. 403. *lin.* 4 *et* 5.

Sec. m. edit. in vol. VII. p. 563. ſqq., vbi plura de *Procopio Gazaeo* eiusque ſcriptis adnotaui: tum in vol. VIII. p. 645., vbi de Olearii apographo integro preloque parato in nota *mm* quaedam adſcripſi, atque in vol. IX. p. 760. ſq. — *Lin.* 24. ſcr. *Photius.*

Thomas Ittigius in libro de Bibliothecis et catenis patrum p. 383 ex Combefiſii biblioth. concionatoria alium *Procopium Diaconum* incertae aetatis producit, eumque, tradit, laudationem Marci, item laudationem Michaelis et Gabrielis Angelorum, et alia quaedam ſcripſiſſe.

Ad pag. 404. *med. de Philoxeno*,

Fabr. B. Gr. in noua ed. vol. VI. pag. 635. ſqq. et p. 376. ſqq.

Ad

Ad §. 53. AGAPETVS.

Ad pag. 405. sect. 3. lin. 3 et 4.

Corr. *pag.* 197. *nr.* 1110. vbi est edit. Calliergi graec. et lat. In tomo autem II. p. 192. nr. 3644. est editio eiusdem tantum latina. — Opusculum *Agapeti* de officio regio etc. graece. Colon. 1517. 4. Quare suspicor, edit. Colon. 1527. 4. in vltima linea ex *Hambergeri* Z. N. III. p. 334. memoratam, esse dubiam, et ex errore typographico enatam, nisi dixeris, hanc esse superioris repetitionem, aut nouam tantummodo accepisse inscriptionem libri. — Cum Aesopo, aliisque aliquoties editus est *Agapetus*: v. quae adnotaui ad Fabr. B. Gr. vol. I. p. 645 et 646 ac 338. adde supra Supplem. I. p 72; quibus addes edit. seu collectionem, gr. Basil. ap. Nic. Bryling. 1553. 12. et 1554. 8. — *Isocratis* Paraenesis, h. e. Praecepta de officiis, seu honestis moribus adolescentum. Eiusdem oratio ad Nicoclem, de regno. *Agapeti expositio admonitoria* ad Iustinianum imperatorem. Haec omnia graece cum lat. interpretatione etc. Lugduni ap. Io. Tornaesium. 1579. 12.

Ad pag. 406. lin. 1.

Matth. Martinii ed. recusa est Bremae 1615, 12. (non, vti Fabric. scripserat in forma 8.). In manibus eam habeo huius sententiae: Ἐκθεσις κεφαλαίων παραινετικῶν Ἀγαπήτου — — h. e. capitula monitoria *Agapeti*, quae vocari solet *Scheda regia*; cum latina versione

Matthiae Martinii. Adiecta ſunt illuſtrio loca ſcripturae de officio regum omninoque m giſtratuum, graece et lat. Bremae MDCXV. 1

Ad pag. 406. *ſect.* 3. *lin. vlt.*

Anonymi verſio eſt inſcripta: LXX *Ermahnungsſtücke eines Geiſtlichen der kathc ſchen Kirche an den Kaiſer 1***.*

Ad pag. 406. *ſect.* 4.

ſec. meam Fabr. B. Gr. edit. in vol. VI p. 36. ſqq.

Ad pag. 408. *de Aëtio, ſect.* 4.

In noua Fabr. B. Gr. ed. vol. IX. cap. pag. 228. ſqq., vbi plura adſcripſi.

Ad §. 55. *COLVTHVS.*

Ad pag. 409. *ſect.* 3.

Coluthi Lycopolitae — — de raptu l lenae, ac iudicio Paridis, poema: nunc p mum ab *Helio Eobano Heſſo* latino carm redditum. Epithalamion Helenes ex *Th crito. Moſchi* amor fugitiuus, eodem interp te. Erphurdiae a M. D. XXXIIII. menſe M in fronte; ſed in calce, Erphurdiae exc Melchior Saxus. Anno M. D. XXXIII. (15 menſe Maio. 4. conf. *Freytag Nachr. ſelten. Büch.* p. 198, et praef. ad Introd. tc II. part. 2. p. VII. ſq.

Ad pag. 410. *ſect.* 5.

In nou. ed. vol. 1. pag. 557. §. VII. Multo tamen plura de Colutho etc. ſcripſi ad vol. VIII. cap. VI. pag. 166. ſqq. — Ibid. p. 169. ſqq. de *Tryphiodoro*.

Ad §. 57. *COINTVS* ſ. *QVINTVS*.

Ad pag. 413. *ſect.* 3. *lin. vlt.*

Nouam edit. cura *Tychſenii* propediem lucem adſpecturam eſſe, ex nuntiis litterar. cognoui. — Guerre de Troie, depuis la mort d'Hector jusqu' à la ruine de cette ville. Poeme en quatorze Chants par *Quintus de Smyrne*, faiſant ſuite à l'Iliade et traduit pour la premiere fois du Grec en François, par *R. Tourlet* II. tom. Paris. 1800. 8. et 12. conf. ephem. litt. Gotting. a. 1801. p. 1613. ſqq. Interpres *Tourlet* oppugnat vulgarem de aetate auctoris ſententiam, et poema, opinatur, aeuo antiquiore nec tempore imperatorum roman. eſſe confectum, potiſſimum ex Virgilio: ſed dubitat cenſor, magis tamen probat interpretis iudicium, poematis ſtilum, cum Colutho et Tryphiodoro non eſſe comparandum, ideoque non poſſe Coluthum eſſe illorum aequalem. In diſſ. ſubiuncta, ſur le Poëme attribué à Quintus de Smyrne; Coniecture de l'Auteur, exiſtimat, poëma continere collectionem antiquiorum poematum, opus veterum rhapſodorum, qui Iliada continuaſſent, et Quintum fuiſſe collectorem, eamque collectio-

lectionem ſeruatam fuiſſe et repertam in codice, a Beſſarione, patre purpurato, in Calabria inuento. [Aliam opinionem protulit *Chandlerus* in libro: The hiſtory of Ilium or Troy (Lond 1802. 4.) p. 15, tribuens illud carmen, quod ſub Quinti nomine fertur, *Marco*, idque coniiciens ex Ovid. Epiſt. Pont. II, 10.] — In *Wielandi* nouo Mercurio germ. a. 1802. partic. XI. pag. 183. ſqq. legitur *Peuceri* verſio metrica libr. I. Paralip. Quinti Smyrnaei; cui p. 180 ſqq. *Böttiger*. breuem de eo carmine praemiſit disputationem. Add. praef. ad tom. II. part. 2. p. VIII.

Ad pag. 418. *lin.* 1.

Authenticae ſ. Novellae Conſtitutiones Dni Iuſtiniani, gr. et lat. in tomo II. Corporis I. C. — Gebauer — Spangenberg. Gotting. 1797. mai. 4. conf. Bibl. nou. vniuerſ. germ. Kilon. vol. I. part. I. Faſc. II. praecipue pag. 32. ſqq.

Ad pag. 420. *de Philopono*, *lin.* 21.

In fine: Venetiis in aedibus Barhol. Zanetti — — aere vero et diligentia I. *Franc. Trincauelli* a. M. D. XXXV.

Ad pag. 421. *de CHORICIO.*

ſect. 2. *lin.* in noua editione vol. IX. ad cap. 26. pag. 760. ſqq. de Choricio quaedam adieci, ſed binas Choricii excluſi orationes.

Ad pag. 422. *de Coſma* lin. 2. leg. *topographiam.*

Ad

Ad pag. 426. *ſect.* 4. *de* SIMPLICIO.

De eo multo copioſius Fabricius et ego disputauimus in B. Gr. vol. IX. cap. 24. pag. 529. ſqq. — *Simplicius* comment. illuſtrauit Iamblich. de philoſophia Pythagor. v. ſupra ad §. 2. de Iamblicho, ſect. 4. ad pag. 303.

Ad pag. 427. *ſect.* 3. *lin.* 2. *de Petro Illyrio*, in nou. ed. Fabr. B. Gr. vol. VII. p. 538. ſqq.

Ad §. 68. *PAVLLVS SILENTIARIVS.*

Ad pag. 430. *lin.* 3.

Carmen in *Thermas pythicas* latinis verſibus redditum eſt, addita animaduerſione docta, ab *Hieronymo de Boſch*, (nuper mortuo,) in huius Poëmatibus, Traiect. ad Rhen. 1803. mai. 4. ſub finem.

Ad pag. 431. *ſect.* 4. *lin.* 2.

ſec. m. edit. vol. VII. p. 581. ſqq.

Ad §. 69. *PROCOPIVS.*

Ad pag. 433. *lin.* 4.

Exemplar ed. Hoeſchel. cum variis Reineſii lectt. eſt in bibl. Citzenſi.

Ad pag. 434. *ſect.* 6. *lin.* 1. 2.

ſec. m. edit. vol. VII. p. 553. ſqq.

Ad

Ad §. 70. HESYCHIVS ILLVSTRIS.

Ad pag. 435. *ſect.* 3. *lin.* 8.

Lexici *Xenophontei* vol. *quartum* prodiit Lipſiae 1804. mai. 8.

Ad pag. 187. *lin.* 4.

Atque edit. *Weiskianae* Vol. VI. reliqua Xenophontis continens, prelo exiit Lipſiae 1804. 8. Acceſſerunt epiſtolae, ex *Allatii* ſylloge nondum ſeorſim editae; omnes *Gabrielii* emendatt. in Cyri diſciplinam; notae ineditae *Valeſii*; varr. lectiones e margine exempl. Villoiſoniani, et duo indices. conf. ephemer. Gotting. litter. a. 1804. plag. 68. p. 676. ſqq. *Weiske*, librum de republica Lacedaem., quem alii abiudicant Xenophonti, huic malit adſerere: at ſuſpicatur, ad nos illum integrum non peruenisſe, ſed tantum eſſe excerptum ab homine quodam, in republica verſato, ſibi factum; hinc ſaepius deeſſe partium coniunctionem, et alia ineſſe, quae non placeant. In excurſu acute animaduertit, caput XIV. eſſe ab alio auctore conſcriptum, locoque iniquo inſertum, et veterem quemdam Graecum codicis ſui fini adſcripſiſſe in ciuitate Spartan. poſtquam Xenophon illum ſcripſiſſet librum, omnia valde fuiſſe immutata. *De republica Athenienſium* libro praemiſit Weiske

Weiske disquisitionem, in qua ostendere studet, in illo libro non contineri narrationem, quomodo ciuitas Atheniens. fuerit constituta: e contrario arbitratur, eum esse satiram in illius formam, forsan primis sui exsilii temporibus conscriptam, et, quoniam curata diligentia in illo desideretur, id potius tarditati librariorum esse tribuendum. In libro *de reditibus* pacis seruandae commendationem fuisse consilium Xenophontis existimat, eumque scriptum Olymp. 89, 3. In praemissa commentat. explicat cap. III. 9. In prooemio ad librum περὶ ἱππικῆς commonstrat, Xenophontem neque de arte equitandi, neque de equitatu agere; sed de officio equitis militari, et docere, quomodo eques equum tractare atque exercere debeat. In libro *de officio magistri equitum* praecipere Weiskio videtur Xenophon, quomodo magister equitum idoneam equitum copiam colligere, instituere, tractare et ducere debeat. In excursu ad cap. 1. 2. de legitimo equitatus numero differit, et librum ad filium, Gryllum, esse scriptum, cum Camerario censet. *De venatu*, praesertim in laude illius, Xenophon maiorem illius amorem, quam philosophiam prodere videtur Weiskio; qui praeterea in praefatione ad illum librum, cum primis de parte libri, ad historiam naturae pertinentis, disputat. Adiectas Xenophontis epistolas esse spurias declarat. (De his quoque legas velim *Schneideri* acutissimi iudicium, in praef. ad suam edit. Xenoph. Oeconom. p. VII. latum.)

Pag.

Pag. 319. ſqq. ſequuntur notae ineditae Henr. Valeſii in Xenophontis opera, ab d'Anſſe de Villoiſon communicatae, et opera eiusdem lectiones variae, margini exemplaris editionis Iantinae adſcriptae, atque emendationes ex vet. exempl. deſcriptae, ac rariori *Gabrielli* verſioni Cyropaediae adnexae.

Ad pag. 187. *lin.* 6.

Corr. *emtoribus.*

Ad pag. 189. *ſub fin.*

Xenoph. Memorabb. Socratis, Oeconomicus et alia opuſc. gr. et lat. ex rec. *Ed. Wells* — cura *Car. Aug. Thieme.* Edit. repetita emendatior. Lipſ. 1804. m. 8. Eſt etiam vol. IV. Xen. Opp. — ed. Thiem. repetitae. — *Xenophons Feldzug nach Ober-Aſien, griechiſch, mit einem griechiſch-deutſchen Wortregiſter, verſehen von F. H. Bothe.* Lipſ. 1804. mai. 8. ſine notis: etiam ſub titulo: Ξενοφωντος Ἀναβασις, de expeditione Cyri minoris, curauit *F. H. Bothe.* Baſis eſt ed. Zeuniana, paucis locis mutata. Verum nec index, nec opera Bothii laudatur in neu. Leipz. L. Z. a. 1804. nr. 111. m. Aug. p. 1771. ſqq. — Maiorem ibidem iure tulit laudem, adſperſis tantum quibusdam emendationibus aut animadverſionibus, verſio: *Xenophons Anabaſis, überſetzt und mit Anmerkungen verſehen von Carl Wilhelm Halbkart,* Prorector am Lyceum zu Schweidnitz. Jenae 1804. mai. 8. Adnotationes ſunt partim criticae, partim exegeticae,

cae, praeſertim quae ad artem tacticam pertinent. conf etiam nova Bibl. german. vniverſ. a. 1804. vol. 93. part. 1. faſc. 4. p. 225. ſqq. De vtraque verſione iudicium quoque fertur in Jen. A. L. Z. 1805. nr. 62. prior culpatur; poſterior laudatur, et praefertur quoque verſioni Beckeri germanicae. Halis Sax. 1802. 8. — Ξενοφωντος Οἰκονομικος — — *Xenophontis* Oeconomicus, Conuiuium, Hiero, Ageſilaus. Recenſuit *Jo. Gottlob Schneider*, Saxo Lipſiae. 1805. m 8. Eſt noua et plane immutata editio, olim Zeunniana Omiſit vero V. Cel. Apologiam Socratis, quam idem iam antea Memorabilibus adiunxerat Socraticis: ſegregauit quoque fragmenta epiſtolarum, Xenophonti adſcriptarum, de quibus in praef. p. VI. ſq. quaedam monuit. In eadem praefat. pag. VII. ſqq criticum luſtrat adparatum, quo vel Zeune quondam vſus eſt in textu recenſendo, vel quem ipſe adhibuit. Pag. IX. mentionem fecit libri, quem conſuluit, rariſſimi: *Platonis et Xenophontis Symposium*, latine conuertit *I. Cornarius*. Baſil. 1548. Conuiuio praemiſſa eſt docta commentatio de Conuiuii Xenophontei tempore, perſonis et argumento, p. 129 — 148. et pag. 228. ſq. brevis praefatio ad Xenoph. Hieronem; tum p. 264 — 268. deſcriptio Encomii Ageſilai, eius auctoritas et fides, atque Schneider adſentitur Weiskii disputationi, qua auctoritatem huius encomii contra Valckenarii dubitationem adſerere conatus eſt.

Ad

Ad pag. 191.

D. I. Bloch dánice vertit Memorabb. Socr. Hafniae 1792.

Ad pag. 193.

Socratis Ἀπομνημονεύματα pueris non temere commendanda, explicatione loci e Xenophontis M. S. IV. 2. docet *Roſtius*; Lips. 1800 4. — Socrate et Glaucon, Dialogue tiré (in verſus Franco-gallicos translatus), de Xenophon. M. S. liv. 3. c. 6. par le citoyen *Andrieux*, in Mém. de l'Inſtit. National des Sciences etc. tom. IV. Paris. an. XI. 4. p. 443. ſqq.

Ad pag. 197. *lin.* 13.

Leg. *intellectu.*

Ad pag. 200. *lin.* 20. *Plato.*

Leg. — *Phaedrus. Edidit et adnotatione perpetua illuſtrauit M. L. F. Heindorf — — Idem antea praeſide* etc. — Ab eodem editi ſunt alii dialogi: *Platonis* Gorgias et Thaeetetus. Emendauit et adnotatione inſtruxit *L. F. Heindorf*, (ſiue Platon. dialogi ſelecti; vol. II.) Berol. 1805. m. 8. et alios edidit quatuor dialogos ibid. in vſum ſcholarum. — Anno 1804 prodiiſſe dicuntur, certe palam adnuntiatae fuerunt editt. aliquot: *Platonis* doctrina de deo. E dialogis eius in vſum ſcholarum, philologor. philoſophorum et theologorum excerpta et in ordinem redacta, auctore *Ludou. Hoerſtel*, Lips. ap. Dyck. mai. 8. — *Platonis* Φαίδων, ἢ περὶ ψυχῆς. *Plato's Phaedon oder*

oder von der Unſterblichkeit der Seele, mit den vorzüglichſten Erläuterungen der berühmteſten Ausleger, von Io. Dau. Büchling. Halae ap. Hendel. mai. 8. — idem ab eodem in vſum lectionum, omiſſis amplioribus interpretationibus, ib. eod. anno 8. — *Platon's Phaedon — überſetzt von A. F. Lindau.* Berolin. ap. Nauck. mai. 8.

Πλατωνος Πολιτεια, ſiue de republica libri decem, edid. *Frid. Aſt.* Ienae 1804. mai. 8. — *Plat. Kriton, ein Dialog, mit einer Einleitung und griechiſch-deutſchem* Vocabularium, *zum Behuf der Anfänger im Griechiſchen.* Brunſuici 1805. 8.

Ad. pag. 201. *lin. vlt.*

Leg. *Fabric. B. Gr.* et *pag.* 202. *lin.* 27. leg. *aliquas ſectiones.*

Ad pag. 205. *lin. vlt.*

De ſexto verſionis *Kleucker.* tomo, qui bonitate interpretationis ſuperare dicitur tomos antecedentes, v. cenſuram *in Ergänzungsblättern zur* A. L. Z. *der drey letzten* Quinquennien *des* 18*ten Jahrhund.* (1805) nr. 20. p. 153. ſqq. — *Platons Timäos. Eine ächte Urkunde wahrer Phyſik. Aus dem Griechiſchen überſetzt und erläutert von D. K. I. Windiſchmann, Kurfürſtl. Erzkanzl. Hofmedikus etc.* Hadamar 1804. mai. 8. de quo libro m. Iul. p. 186. ſqq. — iudicatur *in Oberdeutſch.* A. L. Z. a. 1804. nr. 89.

Pla-

Platons Werke überſetzt von Fried. Schleiermacher. Berol. 1804. m. 8. tom. I. part. I. II. cum animaduerſſ.

Ad pag. 207. *lin.* 14.

The Works of *Plato* [viz his Fiſtyfive Dialogues and twelve Epiſtles, translated from the Greek: nine of the Dialogues by the late *Floyer Sydenham*, and the Remain, by *Thom. Taylor.* With occaſional Annotations on the time Dialogues translated by Sydenham, and copious Notes by the latter Translator, in which is given the ſubſtance of nearly all the exiſting Greek Mſpt. Commentaries on the Philoſophy of Plato, and a portion of which as are already publiſched. Lond. 1804. V. voll. 4. Taylor neoplatonismum transferre ſolet in ſcripta veteris Platonis. conf. Critic. Rev. a. 1804. Iun. p. 121. — *Lin.* 28. corr. *praemittitur epimetri.*

Ad. pag. 208. *lin.* 3.

Fiſcher. progr. XIV. particulas editas fuiſſe, putat cl. *Müller*, in cenſura.

Ad. pag. 208. *lin.* 27.

Idem *Hartmann* ſcripſit proluſionem de mytho Socratis in Sympoſio Platonis. Guben. 1803. 4. Finem mythi, a Platone, non, a Socrate excogitati, et ſecundum naturam ab Ariſtophanis mytho diuerſi, ac ſeuerioris magisque artificioſi, eum fuiſſe, docet, vt ratio-

nem

nem amoris ad bonum pulcramque more humano describeret. In aliis prolusionibus idem V. D. partim finem dialogi Platonici, partim singulas illius partes, aliaque huc pertinentia, e. g. mythum Aristophan., *Eros*, persequutus est. — *Ad pag. 211. lin. 5.* corr. *Platoni.*

Ad pag. 213. lin. 12.

Io. Chr. Hüttner de mythis platonis: Lipsi. 1788. 4. — *Schützii* animaduersſ. criticae in Platonis dialog. de animo, progr. I. II. Ien. 1784. fol. — *Fortsetzung des platonischen Gesprächs von der Liebe von I. G. Schlosser.* Hannou. 1796. 8. — *Ast* de Platonis Phaedro etc. Ien. 1801. 8. conf. vniuersſ. germ. biblioth. vol. 72. part. 2. p. 209. sqq. — *Gust. Fr. Wiggers* diss. sistens examen argumentorum Platonis pro immortalitate animi humani. Rostoch. 1803. 4. conf. *neue* Leipz. L. Z. 1804. m. April. p. 872. — *M. Car. Ludou. Pörscke*, P. P. O. poes. disp. de Platonis sententia, poetas e republ. bene constituta esse expellendos, Regiomont. 1803. 4. — *Phil. Guil. van Heusden* specimen criticum in Platonem. Accedit *Wyttenbachii* epistola ad auctorem: item Collationes codd. mss. Platonis cum a Ruhnkenio confectae, tum aliae. Lugd. Batau. 1803. 8. conf. ephem. litter. Gothan. a. 1804. nr. 31. p. 297. sqq. et *neue* Leipz. L. Z. a. 1804. nr. 107. pag. 1701. sqq. — Cel. *Morgenstern* catalogo praelectionum semestro in academia Dorpatensi, a. 1803. m. Aug. praemisit commentat. de Hippia minore, dial.

dial. *Platonis*, et huius consilium non fuisse docet, vt naturam pulcri explicaret; sed, vt characteres colloquentium describeret, atque refutaret Hippiam. — *Car. Io. Fr. Elverfeld*, Curoni, disp. exhibens conuenientiam philosophiae Platonis cum philosophia nostrae aetatis. Ienae 1804. — *Car. Aug. Gottl. Keil*, V. C. de doctoribus veteris ecclesiae culpa corruptae per Platonicas sententias theologiae liberandis, commentt. I. — XIV. Lipsi. 1793 — 1805. 4 — *Plato und Aristoteles, oder Uebergang vom Idealismus zum Empirismus.* Norib. 1804. 8. — Cel. *St. Croix* in Exam. critique des anciens Historiens d'Alexandre le Grand ed. 2. aliquoties laudat eius ingenium ac pietatem etc. v. p. 83. 503. sq. 280.

Ad pag. 218. *lin.* 3. *Demosthenes.*

Sententiae et Similia ex *Demosthenis* orationibus et epistolis, in certa virtutum ac vitiorum capita collectae, auctore *Ioanne Loino*, Illesiensi. (Colon. Allobr.) ap. Io Tornaesium. 1603. 12. — *Demosthenes Staatsreden, übersetzt, und mit erläuternden Anmerkungen versehen von Frid. Jakobs*, Lipsi. 1805. min. 8. singulis orationibus praemisit V. D. egregias introductiones et subiunxit eruditas obseruationes. Orationes autem, secundum ordinem temporis collocatae sunt 1) περὶ συμμοριῶν. 2) pro Megalopitanis; 3) prima Philippica; 4) de Rhodiorum libertate; 5 — 7) tres Olynthiacae; 8) de pace; 9) secunda Philippica; 10) de Haloneso; 11) de rebus Cherrhonesi;

12)

12) tertia Philippica; 13) epiſtola Philippi et Demoſth. orat. aduerſus illam. Omiſit vero quartam Philippicam. (quam Lucheſini vocat vermiculatum emblema, ac Valcken. in not. ad orat. ſuam de Philippo, atque Wolf in prolegg. ad edition. ſuam orat. Demoſth aduerſus Leptinem p. LX. in not. ſuſpectam habent,) et or. περὶ συντάξεως, ſ. de ordinanda republica, (quam idem Wolf. l. c. p. LXXIV. in nota, ex aliis Demoſthen. maxime Olynth. III. et Ariſtocratea ab aliquo declamatore conſutis pannis confectam exiſtimat).

Ad pag. 218. *lin.* 18.

Leg. *inter has.*

Ad pag. 219. *lin.* 5.

In eodem Attico Muſeo in linguam germanic. conuerſae ſunt, atque illuſtratae, in tom. III. faſc. 3. Tiguri etc. 1801. p. 417 — 472. prima orat. Philippica, atque in tom. IV. faſc. 2. Lipſ. 1802. pag. IV ſqq. et 1 — 32. tres Olynthiacae. — Cel. *St. Croix* in Exam. laudato p. 622. de tempore, quo habita eſt Demoſth. or. de corona, p. 308. not. 3. de oratione, quam ſpuriam habet, de foedere cum Alex. et alibi de *Demoſthene* atque *Aeſchine* agit iudicatque.

Ad pag. 221. *lin.* 4. corr. *legere malit. et Geſner.* et ad *lin.* 18.

De *Kochii* prolegomenis erudite iudicat V. quidam D. in Ien. A. L. Z. 1804. nr. 50. p. 395.

p. 395 ſqq. et aliquoties emendat aut culpat eius opiniones atque iudicia. — Laudat et defendit Theopompum *Staueren* ad Cornel. Nepot. Alcib. c. 11. p. 251. ed. III. — Quaeritur inſuper, num Theopompus περὶ εὐσεβείας (quae citatur a ſcholiaſte ad Ariſtoph. Aues, v. 1354.) ſcripſerit. Negat id *Ruhnken.* in Hiſt. crit. oratorum graec. p. 87. ſqq. et Θεόφραστος apud ſcholiaſt. legendum eſſe arbitratur; ſed dubitat cenſor in Ien. L. Z. loco memorato, quia locus Dionys. Halicarn. vol. VI. p. 784. ed. Reiskii illi coniecturae minime faueat. In eod. libro et vol. p. 785. eſt locus claſſicus, `δεὸ καὶ βάσκανος etc., qui ad defendendum Theopompum faciat.

Ad pag. 221. *ad* §. 80. *de Lycurgo.*

Lycurgi orat. in Leocratem, in vſum auditorum imprimi curauit *B. Thorlacius.* Hafniae 1804. 8.

Ad pag. 223. *lin.* 14. *Ariſtoteles.*

Peylikii edit. a. 1499. praeter Freytag. laudatum memorat quoque *Leich* de origine et incrementis typograph. Lipſienſis p. 75. et in not. *r.* addit, eam recuſam eſſe 1503. et 1509. Panzer autem l. a me citato ex Freytagio memorat tantum edit. 1499. Error igitur eſt typogr. in meis ſuppl. vbi excuſum eſt *rec. a.* 1505. Neque vero cl. *Kuller.* in cenſura, bis typis repetitam eſſe illam Peylikii edit. credit, et ait, ſe poſſidere editionem a. 1509. eamque Peylick diſerte vocare. *ſecundo preſſam.*

Jam. Num igitur Leich. errauerit, nec ne, alii inquirant atque diiudicent.

Ad pag. 225. *lin.* 16.

Add. *neue Leipz.* L. Z. a. 1804. m. Febr. nr. 23. p. 358. ſqq. — Artem rhetoricam, tribus libris conſtantem, eſſe genuinum Ariſtotelis opus, eiusque ſagacitatem atque ſubtilitatem redolere; minorem vero artem, vno conſtantem libro, et ad Alexandrum ſcriptam, neque ab Ariſtotele, neque, vt nonnulli exiſtimarunt, ab Anaximene Lampſaceno, neque ab aequali quodam Alexandri; ſed a *Corace*, centum annos ante Ariſtotelem viuente, et conditore ſcholae Syracuſanae rhetoricae, confectam eſſe, demonſtrare ſtuduit *Garnier* in recitatione quadam, in Inſtituto nationali Franciae praelecta. (*v. Intellig. Blatt der allgem.* L. *Z.* a. 1804. nr. 194.) Putat *Garnier*, *Coracem* fuiſſe artis rhetoricae primum architectum, atque Ariſtotelis, quum Coracis artem rhetoricam cum ſua ad Alexandrum miſiſſet, probabiliter fuiſſe conſilium, vt regium diſciplinae ſuae alumnum edoceret progreſſus, quos illa ars ab huius origine vsque ad ſua tempora, quibus praecepta illius dediſſet iuſſu Alexandri, fecerit, neque Ariſtotelem liberum videri a ſuſpicione vani arrogantisque animi.

Ad pag. 226.

Corr. *lin.* 3. *Ariſtoteles* — *lin.* 5. *artem* — *poeticam eſſe fragmentum*; — *lin.* 10. *qui ſuperſtes*;

perſtes; — *lin.* 13. *explicaturus*, et *lin.* 18. *arte poetica.*

Ad pag. 234.

Translations from the Greek, viz. *Ariſtotle's* Synopſis of the Virtues and Vices. — By *Will. Bridgman* etc. (v. ſupra ad §. 21. *de Pythagora*, ad p. 122.) Lond. 1801. 8. Ariſtoteli tributam *Synopſin* ab Andronico potius ſcriptam eſſe, ſuſpicatur Bridgman.

Oeconomicorum Ariſtotelis libri, Graecis et Latinis annotationibus ſuis locis illuſtrati. In quibus pia, grauia et chriſtiana documenta ſunt omnia, etc. In fine: Habes, optime lector, *Ariſtotelis Oeconomicorum* libros, quibus adiecimus annotationes, ex Graecis authoribus, Euripide, Heſiodo et Homero, in his libris citatos. — Cracouiae per Mathiam Scharfenberg. III. die Marc. Anno M D.XXXVII. (1537.) 4. Editor eſt *Georg. Libanus*, Lignicenſis. Textui graeco ſubiungitur *Leonardi* et *Aretini* verſio latina. Pauculae ad marginem adiectae ſunt adnott., notae autem ipſae in fine adnexae. Hanc edit. copioſe recenſuit *Jo. Boguslaus Proſechowski*, (ſub quo nomine latuit *Frieſe* Saxo, tum Warſouiae commoratus,) in *notitia libri graeci, omnium primi in Polonia typis excuſi*, in *Mencken* nouis Miſcell. Lipſiens. tom. V. part. 2. p. 367 — 374. At eam non primum eſſe libr. graecum, in Polonia typis excuſum, *Jo. Dan. Ianozki*, (cuius conſilio Frieſe illam dederat notitiam), errorem ſuum agnouit, et ipſam editionem recenſuit *in Nachricht von*

denen in der — Zaluskiſchen Bibl. ſich befindenden raren Büchern, part. V. p. 194. — 196.

Ad pag. 238. (ſic corr. errorem nr. 138. et ſeq. pag. corr. etiam 239.)

Bernh. Ludou. Königsmann, Athenaei Flenopolit. Rect. duo programm. de Geographia Ariſtotelis ſectio I. et II. phyſicam Ariſtotelis Stagiritae geographiam complexa, particula prior, 1803. particula poſterior, faſciculus vnus. 1804. Schleswig. 4. Multa Ariſtotelis loca emendantur atque illuſtrantur. vid. *neue Leipz. L. Z.* a. 1804. nr. 83. p. 1321. ſqq. m. Iun. — De *Ariſtotele*, eius libris metaphyſicis, hiſtoria animalium, epiſtolis ad Alexandrum, maximam partem ſuppoſititiis, educatione atque inſtitutione Alexandri M., eius ſententia de rebus diuinis aliisque rebus diligenter differit iudicatque cel. *St. Croix* in Examen etc. cit. p. 194 — 207. 295. not. 2. et ſaepius, et de fatis librorum Ariſtot. poſt eius mortem p. 200 et 852.

Ad pag. 239. *in col. ſupr. leg.* DIOGEN. SINOP.

Ibid. poſt lin. 9.

Inſere *ad Sectionem III.* etc. *Ib.* inſere, *Ad pag.* 468. *Introduct. lin. vlt.*

Egregium cel. *Sainte Croix* opus iterum formulis typograph. deſcriptum, et mire locupletatum eſt: Examen critique. — Seconde Edition conſidérablement augmentée. Paris. An. XIII. — 1804. mai. 4. — *et ad pag.* 471. *Introd.* de *Hecataeo* add. Laudat huius hiſtoriam et narrationem de Iudaeis diligentem veram

ramque, neque eius opus pro apocrypho habendum esse, cum *Guil. Spencero* not. ad Origenem p. 14. sq. censet cel. *St. Croix* l. c. p. 536. sqq. Aliter sentit *Eichhorn* in *Allgem. Biblioth. der bibliſch. Literatur* part. V. nr. 3. v. add. et corr. ad Introd. II. 2. p. 337.

Ad pag. 239. *lin.* 19. corr. 474. et *lin.* 21. leg.

Tarentino, et adde: *Heraclidis* fragmenta de rebus publicis edidit: ex codd. ex antiquis auctoribus et ex ingenio emendauit, atque commentario perpetuo primus illustrauit D. *G. D. Koeler*, Rect. Gymnas. Detmold. Addita est versio germanica. Hal. Sax 1804. m. 8. Conf. *neue Leipz. L. Z.* a. 1805. nr. 14. m. Ian. p. 209. sqq.

Ad pag. 241. *lin.* 10. *Theophraſtus.*

Idem *Büchling.* edidit: *Theophraſts moraliſche Charactere.* (v. Add. et corr. ad Introd. II. 2. p. 637.) Neque vero versio neque editio laudatur in *Ergänzungs-Blätt. zur A. L. Z.* (1805.) nr. 20. pag. 157. sq.

Ad pag. 244. *lin.* 11.

De *Theophraſto* eiusque characteribus sollerter disputauit, et charact. germanice vertit atque illustrauit *Hottingerus Wieland's Attiſchem Muſeum*, tom. I. fasc. 3. p. 97. sqq. Tiguri et Lipſ. 1797. et tom. II. fasc. 1. p. 1. sqq. ibid. 1798. 8.

Ad

Ad pag. 245. de Ariſtoxeno. lin. 9.

Mahne diatribe rec. eſt in Theſauro critico nouo, tom. I. p. 1 ſqq. Lipſ. 1802. 8.

Ad pag. 246. lin. 4.

Leg. *Polemonis nomine.*

Ad pag. 248 de Euclide, lin. 11.

Leg. *Daſypodii.* Laudari, legi aliquibi, edit. *Euclid.* element. in vſum iuuentutis, Lipſ. 1745. 8.

Ad pag. 255. de Lycophrone ſub fin.

Leg. *illum ex Daniele.*

Nouiſſima Lycophronis editio non omnium criticorum tulit laudem. Inſcripta vero eſt: Λυκόφρονος τοῦ Χαλκιδέως Κάσσανδρα, τὸ σκότινον ποίημα, καὶ εἰς αὐτὸ τοῦτο Ἰσαακίου, μᾶλλον δὲ Ἰωάννου τοῦ Τζέτζου ἐξήγησις. *Lycophronis Chalcidenſis Caſſandra*, obſcurum poema, ope XVI. codd. MSS. ſanioribus ſubinde lectionibus reſtitutum, fideliori interpretatione exornatum, et accurata paraphraſi explicatum: cum *Iſaaci*, vel potius *Iohannis Tzetzae* commentario, ex poſtrema Oxonienſi editione ad fidem XIII. exemplarium bis mille ferme in locis emendato, notabiliter aucto, latine reddito et illuſtrato. Accedunt fragmenta vndique collecta; variantes Lectiones, Emendatt. et Indices neceſſarii. Studio et impenſis *Leopoldi Sebaſtiani.* Romae 1803. ap. Anton. Fulgon. in mai. 4. cum II. tabb. aen. Conf. *ephem. litter.* Gotting. a. 1804. ſcid. 35. p. 340. ſqq. et

et *neue* Leipz. L. Z. a. 1804. nr. 161., vbi etiam catal. codd. a. Sebaſtiano adhibitorum reperitur. Maiorem curam impendiſſe videtur in commentarium Io. Tzetzae, (hunc enim fuiſſe parentem oſtendit ex variis rationibus, maxime ex eius epiſtola, in hac edit. recuſa, ad Protonotarium Baſilium Archidemum,) quam in ipſum Lycophronis carmen, et contextum graecum.

Ad pag. 257. med. Theocritus.

Selecta quaedam Theocriti idyllia. Recenſuit, variorum notas adiecit, ſuasque animaduerſſ. partim latine, partim anglice ſcriptas, immiſcuit *Thom. Edwards.* Cantabrig. 1779. 8. — Vtilis criticaque editio eſt: *Theocriti carmina.* Recenſuit et annotatt. inſtruxit *Io. Chriſti. Guil. Dahl,* graec. litterar. P. P. O. in acad. Roſtochienſi. Lipſ. 1804. min. 8. Conf. cens. in *neu. Leipz.* L. Z. a. 1804. m. Mai. nr. 67. p. 1063. ſqq. In Praefat. pag. IX. V. D. laudat editionem Theocriti optimae notae, Louanii ap. Theodoric. Mart. Aloſienſem a. 1520. min. 4., quam cum Aldina conſentire in plurimis quidem locis; nec tamen omnibus locis, adfirmat. In praef. autem pag. VI. in not. ſcribit, exemplar, quod poſſideat, alterius editionis Valckenar. in titulo habere anni numerum 1781. contra ab aliis citari edit. a. 1779. Atqui meum exemplar, quod eodem, quo lucem adſpexit, anno accipere me memini, numerum anni cIↃIↃCCLXXIX ap. Io. le Mair. et I. A. de Chal-

mot

mot prae se fert. Quare cum Dahlio mihi videtur credibile, nonnulla exemplaria ex arbitrio redemtorum, (forsanque nouorum,) nouo numero insignita esse.

Ad pag. 260. *med.*

Io. Christi. Hartmanni prolusio de variis Theocriti imitatoribus. Greitz. 1773. 4. — *Ern. Groddeck* comment. praeside Trendelenburg defensa, in I. Idyll. Theocriti. Gedani 1782. 4. — *Ev. van Driel* orat. pro. Theocritea poculi descriptione. Traiecti ad Rhen. 1788. 4. — Animaduersi. in *Theocritum, Bionem et Moschum* sunt in *Car. Gotth. Lenzii* Animaduersionibus in quaedam graecor. et latinor. scriptorum loca. Ienae 1784. 8. — *Iacobs* praemisit editioni suae Bionis et Moschi (Gothae et Amstel. 1795. 8.) animaduersiones in carmina Theocriti; et loca quaedam Theocriti explicuit aut tentauit in specimine emendationum in auctores veteres. Gothae. 1786. 8.

Ad pag. 263. *lin.* 5. *de Callimacho.*

Küchler de vestigiis nonnullis V. T., quae in hymnis Callimachi deprehenduntur. Neostad. ad Orlam 1788. 8. — *Du Theil* Recherches sur les Fêtes Carnéennes pour servir à l'Intelligence de l'Hymne, composé par *Callimaque* à l'honneur d'Apollon: in Mém. de Littérature tom. 39. p. 185 — 202.

Ad pag. 263. *lin.* 16.

Corr. *De hac edit.*

Pag.

Pag. 265. lin. 13. ſcribe *paſſim* et lin. 24. corr. *liber rarus.*

Ad pag. 266. lin. 6. Cleanthes.

Corr. *Bleſſigii.* — Conf. *Vlr. Andr. Rohde* de veterum poetarum ſapientia gnomica etc. Hauniae 1800. 8. p. 287. ſqq., vbi etiam loca quaedam Hymni critice tractantur.

Pag. 267. lin. 7. leg. *Manethoniana.*

Ad pag. 275. lin. vlt.

Disputatio hiſtorico-critica de *Panaetio Rhodio*, philoſopho ſtoico, quam praeſide *Dan. Wyttenbachio*, litter. human. Prof. ad publicam disceptationem proponit *F. G. van Lynden*, Leoward. Fris. Lugd. Bat. 1802. mai. 8. *Panaetium* auctorem librorum de Officiis et familiarem Scipionis ac Laelii fuiſſe, nec duo diuerſosque Panaetios, contra Ludouic., ad Suidam prouocantem, in prima parte oſtendit auctor, idque confirmat teſtimoniis aliorum ſcriptorum ipſiusque Suidae aliis locis. Idem Ionſium, qui diem natalem Panaetii refert ad Olymp. CII., refutat, et Panaetium aequalem Scipionis fuiſſe atque circa ann. v. c. 569. natum cenſet. Tum agit de Panaetii magiſtris ac diſcipulis, atque commoratione Romae apud Scipionem ac Laelium; eumque, docet, intra a. v. 608 et 612. ſcripſiſſe libros de Officiis; ſuos autem vltimos vitae annos transegiſſe Athenis. In altera parte de doctrina ſcriptisque Panaetii vberius diſſeritur. Praeterea loca quaedam veterum

auctorum emendantur. v. *neu. Leipz. L. Z.* a. 1804. nr. 106. p. 1694. sq.

Ad pag. 280. *lin.* 6. *Apollodorus.*

Apollodori Athenienſis Bibliothecae libri III. et fragmenta. Curis ſecundis illuſtrauit *Chr. G. Heyne.* Gotting. 1803. mai. 8. — Ad *Apollodori* Biblioth. Obſeruatt. auctore *Chr. G. Heyne.* ib. eod. anno, m. 8. In hac altera editione textui ſubiecta ſunt breuia argumenta notaeque criticae. Additus eſt index auctorum, e quibus Apollodori fragmenta collecta ſunt. Fragmenta nouas acceperunt acceſſiones. In altera parte adnotatt. mythologicae ſunt locupletatae et indices etiam auctiores. — Minor editio Apollodori Heyniana, in vſum ſcholarum, prodiit ibid. 1804. 8. — Ἀπολλοδώρου — Bibliotheque d'*Apollodore*, l'Athenien. Traduction nouvelle, avec le Texte grec révu et corrigé, des Notes et une Table analytique, par *E. Clavier*, Membre de la Cour de Iuſtice criminelle ſéante à Paris. tom. I. II. an XIII. 1805. 8. Paris. ſed conf. cenſuram in Gotting. ephem. litter. a. 1805. nr. 75. p. 738. ſqq.

Ad pag. 280. *ad* §. 60. *Meleager.*

De *Meleagro Syro* v. Monthly Magazine a. 1805. nr. III. m. Mai. pag. 339. et nr. IV. m. Iun. p. 460. add. ib. nr. I. m. Mart. p. 138. ſqq. et nr. II. p. 215. ſqq.

Ad

Ad pag. 286. lin. 4. Dionyſius Halicarn.

Τεχνη ῥητορικη. quae vulgo integra Dionyſio Halicarn. tribuitur, emendata, noua verſione latina et commentario illuſtrata, auctore M. *Henr. Aug. Schott.* Lipſiae 1804. mai. 8. Cl. *Schott* exiſtimat et probare ſtudet, in hac arte rhetorica diuerſas reperiri partes, partim ex reliquis Dionyſii Halicarn. ſcriptis, partim ex eius praelectionibus, ab auditoribus exceptis, collectas, partim aliorum rhetorum praecepta, ſed aucta, et additamentis ſeriorum rhetorum interpolata, aliaque fragmenta propter ſimilitudinem compoſita. In prolegomn. agit Schott. de Dionyſio Halicarn. eiusque ſcriptis rhetoricis. Conf. Bibl. nou. vniuers germ. vol. 97. a. 1805. p. 165. ſqq. et *ntue* Leipz. L. Z. a. 1804. m. Febr. n. 27. p. 429. ſqq.

Pag. 287. *lin.* 28. *de Diodoro* Sic. corr. *et complectitur.* Praeterea conf. Mém. de l' Acad. des Inſcr. tom. 27. Hiſt. p. 57. ſqq. — De Diodoro Sic., eius aetate, virtutibus et vitiis ſcribendi, etc. ſobrie acuteque iudicauit atque diſſeruit cel. St. Croix in Examen etc. ſaepius laudato p. 65 — 72 et p. 587. etc. ed. ſec.

Ad pag. 288. lin. vlt. de Nicolao Damaſceno.

Add. *Fabricii* B. Gr. pag. 684 not. *uu.* nou. edit. — *Nicolai Damaſceni* Hiſtoriarum excerpta et fragmenta, quae ſuperſunt, Graece. Nunc primum ſeparatim edidit, verſionem duplicem, alteram Henr. Valeſii, hinc inde emendatiorem; alteram Hugonis Grotii

in

in locos plerosque. Henr. Valesii notas integras, aliorumque virorum doctorum, vndique collectas, et suas, nec non testimonia veterum ac recentiorum de Nicolai vita scriptorumque notitia adiecit *Io. Conradus Orellius*, Diaconus Turicensis. Accedit *Seuini* dissert. de Nicolao Damascено, gallice scripta. Lipsiae, sumtib. librariae Weidmanniae. 1804. m. 8. De docta hac edit. conf. nou. bibl. vniuers. germ. vol. 93. part. I. fasc. 4. pag. 236. sqq. et *neue* Leipz. L. Z. a. 1805. nr. 14. m. Ian.

Ad pag. 292. med. Strabo.

Georg. Henr. Lünemann Descriptio Caucasi gentiumque Caucasiarum, ex *Strabone*, comparatis scriptoribus recentioribus — commentatio, quae in certamine litterario ciuium academiae Georg.-Augusti, d. IV. Iun. 1803. praemio in ordine philosophorum ornata est. Lipsiae 1803. 4. In Hall. A. L. Z. nr. 210. m. Iun. 1804. p. 125. sq. valde quidem laudatur commentatio; nonnullae tamen animaduersiones contra auctorem adsperguntur. — Caucasiarum regionum et gentium *Straboniana* descriptio ex recentioris aeui notitiis commentario perpetuo illustrata. Accedunt Excursus nonnulli, de nomine Caucasi: de metallis Caucasi: de Iberorum origine: de nomine Georgiorum gentis et Cyri siue Kuri fluuiis; de Tschercassis; de Aorsis, Auaris et Hunnis; de Reineggesiana Caucasi descriptione. Auctore *Christph. Rommel*, (nunc Prof. Marburg.)

Cum

Cum appendice, textum graecum continente. Lipſ. 1804. mai. 8. conf. Götting. ephem. litt. a. 1804. nr. 15. et de vtroque Lünemann et Rommel. opere v. Lipſ. L. Z. nr. 67. a. 1804.

Pag. 292. *lin.* 23 ſcrib. *Adde.* ac *pag.* 296. *lin.* 5. leg. *aeneae* et *pag.* 297. *lin.* 19. leg. *cuius vero memoria.*

Ad pag. 299. *lin.* 5. *Flauius Ioſephus.*

Flauius Ioſephus vom iüdiſchen Kriege. Ueberſetzt von I. B. Frieſe, und mit einer Vorrede verſehen von Herrn D. Oberthür. Alton. 1804. part. I. lib. 1. — 3. mai. 8. conf. *neue allg. deutſch. Biblioth.* tom. 92. faſc. 8. p. 463. ſqq., vbi quoque verſiones aliorum germanicae comparantur. — Part. II. libr. 4 — 7. Alton. 1805. *Oberthür* in praef. Ioſephi teſtimonium de Chriſto cenſet eſſe genuinum; at interpolatum, oſtenditque, vnde ortae ſint interpolationes. *Lardner* vero in: Large Collection of ancien jewiſh and heathen teſtimonies to the truth of the chriſtian Religion, Lond. 1764. 4. part. I. p. 150. ſqq. copioſus, de illo teſtimonio, oppugnat eius integritatem. — M. *Georg. Theoph. Güldenapfel* disput. hiſtorico - exegetica *Ioſephi* Archaeologi (Arch. XIII. 10, 6. et XVII. 1. 4.) de Sadducaeorum canone ſententiam exhibens: reſpond. Frid. Theop. Zimmermann. Ienae. 1804. 4. Ioſephi verba haud probare videntur auctori, a Sadducaeis libros tantum Moyſeos fuiſſe diuinos habitos, ſed, vti late is demonſtrat, ex aliis quoque argumentis, inprimis ex loco cont. App. I. 8., vni-

uer-

etiam differt. Incipit vero a vita *Niciae*, Athenienſis, praemiſſa epiſtola interpretis.

Ad *pag.* 313. *lin. vlt.*

Vol. XIV. et vltimum ed. Hutten. lucem adſpexit Tubing. 1804. 8. Index igitur adhuc exſpectari debet.

Ad pag. 317. *lin.* 23.

Leg. *Bagnacavallo.* et *pag.* 320. *lin.* 1. leg. *Budaei.*

Ad pag. 321. *lin.* 9.

Plutarchi vitae parallelae Alexandri et Caeſaris. Commentarium iuuentuti φιλέλλην ſcriptum adiecit *Frid. Schmieder.* Halae. 1804. mai. 8. — Ex *Plutarchi* Chaeron. Opp. excerpta, quae ad artes ſpectant. In capita digeſſit, interpretat. lat. et adnotatt. inſtruxit *I. F. Facius.* Coburg. 1805. 8.

Ad *pag.* 326. *lin.* 15.

Kaltwaſſerianae verſionis germanicae vitar. Plutarch. parallel. cum adnotatt. tom. VI. et VII. prodierunt Magdeb. 1803. 8. — *Lin.* 23. leg. *tum ſpeciatim.*

Pag. 327. *lin.* 12. leg. *Oribaſii.* *ac pag.* 330. *lin.* 12. leg. *Schultheſs.*

Ad *pag.* 331. *lin. pen.* *Arrianus.*

Schmiederi edit. valde laudat cel. *St. Croix* in Examen ſaepius praedicato, Ed. II. p. 744. not. 2. Idem V. D. in praeſtantiſſ. ſuo opere fre-

frequenter differit de Arriano, Xenophontis imitatore, eius stilo et scriptis, de eius vanitate, virtutibus ac vitiis historicis, comparatione cum Xenophonte etc. pag. 88 — 101. p. 240 sqq. 260 et multis aliis locis. Pag. 96. in not. obseruat, insignem lacunam in libr. VII. Expedit. Alex. M. etiam in cod. bibl. publ. Paris. n. 583. a Seuino ex Asia adducto, necdum collato, et in aliis VIII. codd. Paris. reperiri.

Ad pag. 334. *med. Artemidorus.*

Editio noua, eaque critica et auctior prodire in lucem coepit: *Artemidori* Oneirocritica, ex duobus codd. Venetis recensuit, emendauit, poliuit, notis instruxit, Nic. Rigaltii et Io. Iac. Reiskii suisque illustrauit, itemque indices copiosos adiecit *Io. Gothofr. Reiff.* Saxo. tom. I. textum graecum, varias lectt. atque ipsum Artemidorum spectantes indices continens. Lipsi. 1805. mai. 8. In praef. pag. VI. probatum iuit editor, Artemidori vitam. litterariam non tam in Antonini Pii, quam Antonini philosophi eiusque successoris Commodi tempora incidere. — Secundus tomus, qui eodem anno prodiit, complectitur notas editoris, Rigaltii et Reiskii; in tertio autem sequentur ceteri, qui in edit. continentur Rigaltina, coniectores. —

Ab hoc diuersus est *Artemidorus Ephesius*, Geographus, clar. Olymp. 169. v. *Fabr.* B. Gr. V. p. 264. Praeter Hudson, *van Goens* duo fragmm. ad Porphyrium de antro Nympharum p. 87. publicauit, et in *Io. Christoph.*

Stoph. L. B. de Aretin Beyträgen zur Geſchichte und Litter. a. 1804. m Mai. ſiue part. V. pag. 49 — 53. exſtat *Artemidori geographi* fragmentum de Nilo. e cod. mſt. bibliothec. electoral. Monacenſi nunc primum editum et latinitate donatum a *Frid. Xav. Berger.*

Ad pag. 339. *lin.* 25.

De edit. Schulziana *M. Aurelii Antonini* conf. *allgem. L. Z.* a. 1802. nr. 302. — et *pag.* 340. *lin.* 23 corr. *Schultheſſii, Tiguri.*

Ad pag. 343. *ſub fin. Claud. Ptolemaeus.*

Edit. 1462. ideo eſſe ſpuriam, quia habeat ſignaturas, ante a. 1474. haud vſitatas iudicat cl. *Müller* in cenſura. — *Pag.* 344. *lin.* 4. corr. *edit.* et *pag.* 345. *lin. penult.* ſcrib. *Wolfram.*

Pag. 347. *lin.* 17. *et* 18. corr. *quum adoleſcens — — quam octodecim.*

Ad pag. 348. *ſub finem Hermogenes.*

Οἱ ἐν τῇ ῥητορικῇ τέχνῃ Κορυφαῖοι. — — *Aphthonius, Hermogenes* et *Dionyſius Longinus*, praeſtantiſſimi artis rhetoricae magiſtri, *Franciſci Porti* Cretenſis, opera induſtriaque illuſtrati atque expoliti. Anchora Io. Criſpini. 1569. 8. Singuli habent peculiares indices, et a Longino nova incipit paginarum ſeries, et praefixa eſt noua inſcriptio: Διονυσίου. — — *Dionyſii Longini*, rhetoris praeſtantiſſimi liber, de grandi ſiue ſublimi genere orationis. In quo cum multa alia praeclare ſunt emendata, tum

tum veterum poetarum versus, qui, confusi commixtique cum oratione soluta, minus intelligentem Lectorem fallere poterant, notati atque distincti. Additus index methodum totius libri et ordinem quaestionum, de quibus agitur, ipsamque rationem praeceptionum commonstrabit. Apud Io. Crispin. M.D.LXIX. 8. Tam Franciscus Portus in epistola nuncupatoria ad Bezam, graece scripta, quam Io. Crispinus in praefat. profitentur, priorem plura *Hermogenis* exemplaria mssta contuliſſe, plura in textu, qui in antecedentibus edd. mendis scatebat, emendasse, atque exempla, quae passim corrupta erant et mutilata, magno labore integra reddidisse, fuisse omnes propemodum poetas atque oratores euoluendos attenteque perlegendos, vt exempla, quae in illis delitescebant, eruerentur, et suo quaeque loco integra reponerentur. Crispinus adiunxit Longinum, „quem, vt verbis eius vtar, et ipsum pessime habitum, ipse Portus olim Ferrariae Venetiisque veluti rediuiuum curauit iudicio et industria magis, quam subsidio librorum, quum praeter vnum, vix alterum exemplar mstum, nedum tertium reperiretur: in quo et plus laboris suscipiendum fuit, et ad coniecturas et ingenium confugiendum." De hac igitur editione tum rara, tum critica, plura referre volui. Quae vero Portus in Longino praestiterit, Morus in praef. ad suam Longini edit. pag. XXVI. sq. bene docuit. — De cod. Veneto Marciano CCCCXXXIII. membran. qui continet *Syriani*

commentar. in *Hermogenem*, multo pleniorem, quam iu edit. v. cel. *Morelli* Bibl. gr. Mſ gr. et lat tom. I. p. 298. ſq — In cod. Bauar CXXIII. eſt anonymi expoſitio in ſtatus Hermogenis, quae inter editos commentarios in Hermog. non reperitur, teſte cl. *Hardt.* in Aretini *Beyträgen etc.* 1804 partic. 8. p. 37.

Ad pag. 353. *lin.* 19. *Pauſanias.*

Scrib. *Ea iterum emendatior prodiit a.* 1798 *et* 1799 *II. tom. in* IV. *partibus.* 8. — *Pag.* 364. *lin.* 21. corr. *archaeologicis.*

Ad pag. 356. *lin.* 19. *antep. Lucianus.*

Corr. *Ad pag.* 192. et *lin. ſq.* add. *vol. VIII. prodiit* Lipſ. 1800.

Ad pag. 360. *lin.* 27.

mrr. *dialogos.* — *Lucian.* dialogi mordtuo, gr cum indice locupletiſſimo, a *Io.* oouhCr. Vpſal. 1779. 8.

Ad pag. 362. *med.*

Ein Verſuch über Lucian's von Samoſata Philoſophie und Sprache, von Io. Chriſti. Tiemann, Paſtor zu Dennigko etc. Zerveſt. 1804 8. Proprie commendatur ac defenditur Lucianus eiusque conſilium. Vindicatur etiam Lucianus a crimine atheiſmi. Conf tamen *neue* Leipz. L. Z. a. 1804. m. Febr. nr. 23. p. 364. ſqq. — In linguam *Polonicam* ſunt, vt me docuit vir quidam doctus, translati:

Ty-

Tymon dialog. *Lucyana*— przez *Iana Danieckiego*. Cracou. 1608. 4. — *Podagra*, carmine polonico, a *Io. Alano Bardzinski*: ſine loci nota, 1680. 4. — *Pſyche* ſ. l. et a. ex ſententia Zaluskii circa a. 1690 — Nouam editionem ſub nomine *Andreae Morſztyn* curauit *Andr. Zaluskius*, Lipſ. 1725. 4. — *Ianozki* in *Nachricht von den in der Zaluſkiſch. Bibl. ſich befindl. raren Poln. Büch.* part. 5. pag. 208. ſqq. vberiorem dedit notitiam libri, inſcripti: *Luciani* Samoſat Aſtrologia, Eraſmo Roterodamo interprete. *Ioſephi Struthii* in Luciani aſtrologiam commentariorum libri duo. *Luciani* declamatio quaedam lepidiſſima, *Ioſ. Struthio* interprete. Exc. Cracou. per Math. Scharffenberg. 1631. 8.

Ad pag. 367. *lin.* 2. *Maxim. Tyrius.*

The Diſſertations of *Maximus Tyrius* — translated from the Greek by *Tho. Taylor*. II. voll. Londin. 1804. 12.

Ad pag. 367. *lin.* 11. *Philoſtrati.*

Philoſtratus de vita Apollonii Tyanei, ſcriptor luculentus, a *Philipp. Beroaldo* caſtigatus: (eſt Alamani Rinuccini verſio) in calce: Impreſſum Venet. per Bernardinum Venetum de Vitalibus. 1502. etc. fol.

Ad pag. 368. *fin.*

Obſeruatt. in *Aeliani* Hiſtor. animal. et *Philoſtrati* vitam Apollonii epiſtola ad V. cl. Io. Gottl. Schneider. — auctore *I. Fr. Iacobs.*

Ienae

Ienae 1804. 8. Conf. *neue Leipz.* L. Z. 1804. nr. 146.

Ad pag. 369. *lin.* 3. *Zenobius.*

Zenobii Sophiſtae, Epitome paroemiarum, ex Tarraeo et Didymo collecta. (edit. a M. Georgio Libano, Legnicenſi, Presbytero.) Cracou. Matthi. Scharffenberg excudebat, Anno M. D. XLIII. mens. Aug. XXV. 4. conf. *Ianozki Nachr. von den in der Zaluskiſchen Biblioth. ſich befindenden rar. polniſch. Büchern.* part. 5. p. 198. ſq.

Ad pag. 370. *lin. vlt. Athenaeus.*

Tom. III. ed. *Schweighäuſer.* vsque ad librum IX. Athenaei: a. XI. 1805. mai. 8. ac tom. IV. animaduerſſ. in librr. VII. et VIII. ib. 1803. — Tom. IV. textus: ac tom. V. animaduerſſ. in libr. IX. et X. ib. an XII. ſ. 1804. Laudatur editio; at multa, quae ad criticam aeque ac interpretationem, praecipue artem metricam pertinent, deſiderantur, multaque poetarum loca atque fragmenta acute emendantur aut verſus rectius diſtinguuntur in *neu. Leipz.* L. Z. a. 1804. nr. 3. m. Mart. p. 517. ſqq. atque an. 1805. nr. 37. mens. Mart. p. 577. ſqq.

Ad pag. 375. *med.*

De *Iacobs* epiſt. v. paullo ante ad Philoſtrat.

Ad

Ad pag. 380. *med. Longinus.*

De Franciſci Porti edit. *Longini* cum Hermogene et Aphthonio, vide paullo ante dicta ad *Hermogenem.* — Ibid. *lin. penult.* corr. 283.

Pag. 381. lin. 9. corr. *Reitemeieri.*

AD PARTEM HANC II. SVPPLEMENTORVM ANALECTA.

Vela contrahenda ſunt, ne Analecta mole ſuperent ſupplementa; idque eo magis mihi faciendum eſt, quod non admodum multas plagulas, typographicis formulis deſcriptas in manibus habeo, ideoque cauendum eſt, ne bis eadem chorda oberrem.

Ad pag. 10. *ſub fin.*

De *Franc. Porti* editione *Aphthonii* cum Hermogene, vide ſupra ad Hermogenem adnotata.

Ad pag. 19. *lin.* 19. *de Heliodoro.*

Corr. ὁ Δ. Κοραὴς: et *lin.* 22. ſcrib. II. *tom. mai.* 8. — *Coray* in praemiſſa epiſtola ad Alexandrum, Baſilii, qui ſumtus ad opus typis excudendum ſuppeditauit, de libris agit romanenſibus, de antiquis auctoribus eiusmodi librorum, qui partim ſuperſunt, partim perierunt: a pag 21. de Heliodoro, epiſcopo Triccenſi in Theſſalia, (quem tamen auctorem carminis de Chemia non eſſe docet,) de eius libro roman. Aethiopicorum, huius conſilio, virtutibus ac vitiis, eumque, monet, maxime imitatum fuiſſe antiquiſſimos Grae-

Graecos, praecipue poetas, et cumprimis Homerum atque Euripiden. Pag. 40. ſqq. ſex priores Heliodori editiones critice recenſentur. Amiotus exemplari ſuo editionis Baſil. varias lectt. codicis Vaticani Romae adſcripſerat, idque Coray acceperat a Steph. Clavier. Textus ed. Commelianae a Corayo pluribus locis eſt correctus. In obſervatt. maximam partem criticis in tomo II. variar. lectt. et factarum emendationum redditur ratio. Plura leges de hac edit. in *neu. Leipz.* L. Z. a. 1804. nr. 161. p. 2561. ſqq.

Ad pag. 25. *lin. vlt. Longus.*

Longi Paſtoralia italice vertit *Caſpar Gozius.* 1766 — gallice *Iac. Amyot* 1559. Amyoti verſio etiam repetita eſt cum figg. a Duce Aurelianenſi deſcriptis et a Benedicto Audran aeri inciſis, quae variis formis prodiit Paris. a. 1718. 1731. 1745. teſte Paciaudo. — Gallice quoque vertit *Petrus de Marca.* Par. 1626. — Daphnis and Chloe a paſtoral Novel, now firſt ſelectly translated in to Engliſh from the Original Greek of *Longus.* Londini 1803. 12. Enimvero *Georg. Thornley* Longi Paſtoralia iam anglice vertit Lond. 1657. 8. teſte *Brüggemanno* in View etc. p. 430.

Ad pag. 27. *lin.* 11. *Eudocia.*

Villoiſon. quondam in litteris, ad me datis, de carmine *Eudociae*, a Bandin. l. c. publicato primum adnotauit, Bandin. confeciſſe ver-

verſionem Latinam vna cum *Anton. Sarti*, vt ipſe Bandin. p. 226. profitetur. Tum ea, quae ſequuntur, ſcripſit. „On lit p. 235. verſ. 14. du ſeconde livre:

Εἰσέτι νηπίαχος δὲ τ' ἐὼν μάθον. ὄργια ϑηρὸς.
Νηδυπόροιο δράκοντος — —

La Traduction Latine porte:

Inde puellus adhuc didici ſacra tetra draconis
Nedypori. —

Aucun Naturaliſte ne connoît ſurement le ſerpent *Nedypore*, dont le nom ne ſe trouve dans aucun Lexique grec: mais il eſt aiſé de voir que c'eſt le Démon. S. Cyprien dit ibid. p. 233. que perſonne n'a été plus livré que lui au culte du Diable, et des idoles, dans ſon enfance; que dès l'âge le plus tendre, ſes parents le conſacrèrent à Apollon; qu'à ſept ans il fut initié au culte de Mithra; qu'il apprit enſuite la magie. C'eſt donc là ce qu'il entend par ὄργια νηδυπόροιο δράκοντος, c'eſt-à-dire, les myſtères du ſerpent ſeducteur, ϑηρὸς δράκοντος, qui fut condamné à *ſe trainer ſur le ventre*, νηδυπόροιο, pour le punir d'avoir trompé Eve. Eudocie fait ici alluſion à ces mots de la Genèſe c. 3. vers. 14. ὅτι ἐποίησας τοῦτο — — ἐπὶ τῷ ϛήϑει σου, καὶ τῇ κοιλίᾳ πορεύσῃ. C'eſt ainſi, que le ſerpent eſt appellé σύργαϛρος dans la *ſecunda ara Doſiadae*. Saumaiſe p. 155. de ſes notes ad *aram ſecundam*, à la ſuite de ſa Duarum Inſcriptionum veterum *Herodis Attici et Regillae coniugis* explicatio. Lutet. Paris. 1609. 4. s'exprime en ces termes:

„Co-

„Coniecturam virorum doctorum admiſimus, qui σύργαστρος legendum probarunt, quod item ſerpentis proprium. Hanc vocem in veteri Inſcriptione reperi, ſed corruptam: nam vbi vulgo ſcriptum eſt DIIS PATERNIS SVRGASTEO MAGNO, omnino ſcribendum SVRGATRO MAGNO, quod ego de Aeſculapio interpretor, quem in draconem verſum, et ſic Epidauro Romam aduectum ſatis ſciunt, qui in hiſtoria Romana non penitus ſunt hospites; niſi cui magis placeat, magis de aliquo genio interpretari. Nam genios ſub anguium effigie colebant. Ego ad Aeſculapium pertinere iudico." Cette mépriſe du ſavant M. Bandini pourroit trouver place dans une nouvelle Edition du petit traité ſi curieux, intitulé: *Colloquium criticum de ſphalmatis virorum in re litteraria illuſtrium*, que *Iacques, Boileau*, frère du fameux poëte ſatyrique, a donné ſous le nom de *Marcellus Ancyranus* à la fin de ſes *Diſquiſitiones* II. *de reſidentia Canonicorum, quibus acceſſit tertia de tactibus impudicis.* Paris. 1695. 8. Hactenus Villoiſonius. —

Idem V. D. olim mihi amiciſſimus, in eadem epiſtola de altera *Eudocia* haec, quae ſequuntur, ſcripſerat mihi adnotanda: Il ya dans ſon Ιωνιὰ des paſſages, qui ne peuvent pas être de cette Princeſſe, et qui ont été ajoutés, comme dans Suidas, par une main poſtérieure; par exemple celui ci où page 402 il eſt parlé de *Cyriaque d'Ancone*, fameux Voyageur et Antiquaire du XV. ſiecle: οὕτως ἀπήγγειλεν ἡμῖν κυριακὸς ὁ ἐξ Ἀγκῶνος, ἀνὴρ

ἀνὴρ ἀξιοπίστατος, καὶ ἄλλως καλὸς κἀγαθὸς, φάμενος καὶ αὐτὸς ἔχειν τὴν βίβλον. ἔφη δ' αὐτὸς συρίακος κ. τ. λ. Vn Impoſteur qui auroit compoſé l'Ιωνιὰ ſous le nom de l'Impératrice Eudocie, et lui attribuer cette compilation, n'auroit pas été aſſez mal adroit pour faire cet anachroniſme groſſier. Cette addition en forme de note aura paſſé de la marge dans le Texte, comme on en a mille exemples.

Ad pag. 29. *lin.* 7. *Proclis.*

Procli Pallas-Athene, germ. verſio, verſibus heroicis, in lib. menſtruo, **Horen**, a. 1795. part. X. Tubingae, p. 68. ſqq.

Ad pag. 32. *lin.* 6. *Hierocles.*

Hieroclis comment. illuſtrauit **I. Chr. Wolf.** in diſſ. epiſtol. etc. Lipſ. 1720. 4.

Hieroclis Facetiae e recens. **Io. Ad. Schier**, Lipſ. 1750. 8. — Selectas dedit **Frid. Andr. Stroth**, in Chreſtomathia ſua graeca. Quedlinburg. 1780. 8. — Ex *Hieroclis* Facetiis excerpſit quasdam et notis illuſtrauit **Andr. Dalzel** in Collectaneis gr. minoribus — ed. **Io. Godofr. Grohmann**, Lipſ. 1797. 8. p. 29. ſqq. et in nota prima quaedam de Hierocle et de Facetiarum editt. adnotauit.

Ad pag. 35. *lin.* 24. *Agapetus.*

In manibus habeo edit. citatorum opuſculorum, (Colon. Allobrog.) ſumptibus Ioannis de Tournes. M,DC.XXV. 12.

Ad

Ad pag. 37. *lin.* 3. *Coluthus.*

Villoiſon in epiſtola ad me ſcripta ea, quae ſequuntur, adnotauit: Le poëme de *Coluthus* étoit inconnu avant que Beſſarion l'eut découvert avec Tryphiodore et Quintus Calaber, (en allant de Conſtantinople au Concile de Florence,) dans un Monaſtére grec de l'Ordre de S. Baſile, ſitué dans le Bourg de Caſoli, qui a le titre de principauté dans la Pouille, près d'Otrante, Voyez p. XLI. et ſuivantes, et ſurtout pag. LXI. des Obſervations que l'Abbé *Ange Théodore Villa* a jointes dans ſa nouvelle Edition de Milan 1753. 8. à ſa Traduction en vers Italiens de *Coluthus* avec le Texte grec, et avec des Variantes.

Ad pag. 37. *lin.* 10. *Cointus, ſ. Quintus.*

Lucem adſpexit editio, huius ſententiae: *Quinti*, Smyrnaei, Poſthomericorum libri XIV. Nunc primum ad librorum Mſſtor. fidem recenſiti, reſtituti et ſuppleti a *Th. Chr. Tychſen.* Accedunt curae Chr. Gottl Heynii II. voll. Argentorati ex typographia ſocietat. Bipontin. Exter et Embſer. 1805. mai. 8.

Ad pag. 38. *lin.* 20. *Theophilus.*

Theophilus, Anteceſſ. Paraphraſe veber die Inſtitutionen Inſtinians, *aus dem Griechiſchen überſetzt, und mit Anmerkungen begleitet von I. C. Finke.* Gottingae 1805. m. 8.

Ad pag. 44. *lin.* 10. *Theophanes Nicaenus.*

Ex litteris *Villoiſonii* quaedam ſupplebo: *Theo-*

Theophanis Archiepiſcopi Nicaeni, quae exſtant, opera, nunc primum ex bibliotheca Vaticana, graece et latine edita, *D. Conſaluo Ponce de Leon* interprete, qui annotationes etiam addidit, et varias lectiones ex alterius codicis collatione, Romae apud Franciſcum Zanettum. 1590. in 8. de 172. pages, ſans compter la longue Epitre dédicatoire de Ponce de Leon à Bernardo de Roias, Epiſcopo Compelonenſi, de 22. pages, les Teſtimonia de Theophane, qui viennent après la dadicace et occupent ſept pages, et l'Index des *ſacrae ſcripturae loca, quae a Theophane vel citantur vel explicantur* de trois pages et demi En regard de la Dédicace, ſur le revers du titre, on lit:

Ἰωάννου τοῦ Βονάφαρεως. Ἐξ ἀχλύος
τὴν δέλτον ὁ Τονσάλος ἤγαγεν εἰς φῶς,
χαλκοτύποις διαδοὺς, καὶ Γραλοῖσιν ἔχειν.
Θεοφάνεος τὸ πόνημα σοφοῦ πατρός. Ὄλβιος ὅττι
Μοῦσαν ἐὴν ἀνάγει εἰς ἁγίου μελέτας.

Ie vous ai copié ce titre très-exactement d'après mon Exemplaire qui vient de la Bibliothéque du fameux Emeri Bigot et contient quelques petites notes de ſa main. —

Ad pag. 52. ſub fin. de Theodoro Prodromo.

Ex *Villoiſonii* epiſtola quaedam, quae ad partem hiſtoriae litterariae de *Theodoro Prodromo* illuſtrandam locaque *Philae* emendanda bene faciant, liceat hic inſerere: *Fabricius* Bibl. gr. libr. V. cap. 6. pag. 818. tom. VI. (vet. edit.

édit. ſed tom. VIII. pag. 141. med. meae editionis) dit, que dans l'Edition aſſez rare des Κύρου Θεοδώρου τοῦ προδρόμου ἐπιγράμματα, donnée en grec, ſans verſion latine, et ſans notes, à Basle an 1556. 8. on trouve „*Emanuelis Philae, ὅτε ἐπὶ χρονογραφίᾳ μεταβληθεὶς, ἀπῃτήθη ὅρμον περὶ ἀσφαλείας, Iambi ad imperatorem Michaëlem Palaeologum, quibus nihil ſe aduerſus illum ſcripſiſſe teſtatur, et propter ea, quae in Chronographia ſcripſerat, pulſus in exſilium, veniam ac ſecuritatem poſtulat.*“ Le même Fabric. ibidem. lib. V. c. 16. p. 710. tom. VII. (ed. vet. at p. 623. vol. VII. m. edit. ubi vero ea, quae poſthaec Wernsdorf. edidit et quae multa ſunt, omniſi) rapporte de même le titre de cette pièce: τοῦ φιλοῦ πρὸς τὸν αὐτοκράτορα, ὅτε ἐπὶ χρονογραφίᾳ μεταβληθεὶς ἀπῃτήθη ὅρμον περὶ ἀσφαλείας.“ Fabric. ajoute ibidem, „negat autem quicquam ſcripſiſſe ſe, quod imperatori displicere poſſit.“ Il donne enſuite ibid. quelques vers de ce petit poëme dont *M. de La Porte du Theil* a redonné le titre, d'après Fabricius, dans ſa note p. 520. tom. VI. des *Notices et Extraits des MSS de la Bibliothèque nationale*, Paris, an IX. in 4. Fabricius a copié fort exactement le titre de cette pièce de vers jambiques, tel qu'il ſe trouve feuille Ξ (ou ſuivante) 4. de l'Edition de Bâle, où les pages ne ſont pas numérotées: mais il me paroît évident que ce paſſage eſt corrompu, et qu'il faut lire 1) ἐπὶ χρονο-γραφίᾳ διαβληθεὶς, *ayant été accuſé, calomnié pour ſes Annales, au ſujet de ſes Annales*, au lieu de μεταβληθεὶς;

qui

qui ne présente aucun sens: et 2) qu'il faut restituer ἀπητηθη ὅρκον, *lorsqu'on exigea de lui un serment*, au lieu de ὅρμου, qui ne signifie rien dans ce passage *). L'Editeur ou l'Imprimeur de Bâle aura confondu, ce qui arrive souvent, l'abbréviation, ou plutôt la liaison de διὰ avec celle de μετὰ dans μεταβληθείς, et la forme du κ avec celle du ρ, dans ὅρκον. Donnez vous la peine de lire cette pièce de Phile, et vous verrez qu'elle ne renferme qu'une longue formule de serment:

Μαρτύρομαι τὸν ὄντα καὶ προτῶν χρόνων,

et:

Τοῦ σοῦ κατειπεῖν οὐκ ἐτόλμησα κράτους,
Οὐ μὰ τὸ Φῶς ἐκεῖνο τῆς ἀΦθαρσίας κ. τ. λ.

